 mine omnes gentes benedicuntur per fidem. Ideo non in multis: sed  
 in uno firmata promissio: quae est xps. Haec disputatio sua apos-  
 tolus: quasi nos falsati testamenti designat. Qui credentes in xpo  
 de lege aliquid sperant: ut non solum salus promissa in xpo: sed &  
 in lege sit. Ideo probat promissionem benedictionis in solo xpo factam.  
*Hoc autem dico testamentum confirmatum ad xpo: que per quadringen-  
 tos & xxxa annos facta est lex: non in firmata: de uacua uel de promissione.*  
 In uacua in solo xpo firmatam benedictionis promissionem docet: ut le-  
 gem post quadringentos & triginta annos datam ostendat.  
 Constituta enim promissione postea data est lex: que non utique in-  
 firmaret promissionem: sed quod futura & quando uentura esset signi-  
 ficaret. *Sicut enim ex lege hereditas: iam non ex promissione abrahę autem  
 per promissionem donauit dominus.* Duas causas contrarias sibi defendunt  
 iudei: Nullo enim pacto: nulla ratione suaderi potest iudeis



abrahæ pmissionem euacuata plegem. Et recte. Sed alii uel  
aduersum improvida presumptione defendunt. putantes iusti-  
ficationem sine operibus legis puenire non posse. cum sciunt  
abrahâ qui forma ei reiect. sine operibus legis p solam fidem ius-  
tificatum. Sed emulatione quadam cecati non intellegunt neq.  
considerant. quasi plegem iustificatio excluditur pmissio. Et si  
exclusa fuerit pmissio. sine dubio frustrabitur fides abrahæ  
quod nec audire quidem se patiuntur iudei. Sciunt quia pmissio  
ex fide e abrahæ. Quae pmissio ex fide iustificat non plegem.  
Sicut abraham iustificatus ex fide est. Huius ergo heredes sunt pmissio-  
nis abrahæ qui illi succedunt suscipientes fidem. In qua bene-  
dictus & iustificatus e abraham. Testimonium ergo pmissionis  
abrahæ testamentum appellat. ut post mortem eil n heredes eent  
in pmissione filius ei facti p fidem. Que causa uacuit usq. ad  
xp̄m abrahæ repmissum. ut post mortē xp̄i credentes heredes eent  
fidei abrahæ p testamentum sanguinis xp̄i. Donum enī quod p-  
missum est abrahæ filius ei in xp̄o solutum est. Quamuis & ipse  
abraham consecutus est donum hoc. illic ubi uentus est. **Quid**  
**ergo lex factorum posita est. donec ueniret semen cui pmissum est.**  
Lex factorum id est moysi posita e in medio intercepta pmissionē.  
& semen cui facta pmissio e. Hoc est inter abrahâ & saluatorem.  
Ideo longe data post facta pmissionem. ut ipsa distinctione aliud  
lex & aliud pmissio uideretur. Ut populum di agentibus segre-  
gatum erudiret. Et sub di timore. ut dignus fieret ad excipiendā  
pmissionem que e xp̄s. Lex tamen factorum. ideo dicitur. quia  
docet quae dō iubente corporaliter fiant. de sacrificiis. de pri-  
mogenitis. de decimis. & ceteris talibus. **Disposita p angelos. In**  
**manu mediatoris.** Angelos dicit di nuntios. Id est moysen filium  
naue. & ceteros pharis. usq. ad iohannē baptistā. de quo dicit dñs.  
Ecce mitto angelum meū ante faciem tuā. Per hos ergo lex



dispositaē adō. In manu. idest. potestate saluatoris. At ordinata

**I**psē est enim mediator. & reconciliator dī & hominū. ut saluet quos uult. ex his qui legem p̄supramemoratos angelos acceper̄.

**I**psē enī ait. Sicut enim pater suscitāt mortuos. & uiuificat. sic & filius quos uult uiuificat. **Mediator autem unus non est.**

**S**ine dubio mediator. hoc est arbiter. non est unus. sed duorū. Cum enim duo populi inuicē aduersum se dimicarent. semp̄ dissidentes. & inimici diuersitate doctrine. saluator. horū arbiter uenit. Amputans utriq; populo per quod discordabat. ut possent esse pacifici. Abstulit ergo gentibus numerū deorū & famulatū elementorū. quod scandalū erat ebreis. Abstulit & iudeis opera legis. idest. neomenas. circūcisionē. & carā sabulati. & discretionē esearū. & cetera quae abominabantur gentiles. & sic facti sunt pacifici. qui prius fuerant inimici.

**S**i ergo haec ita se habent. quid est ut galate hebetudine mentis arbitrium istum contumpanit. conuersi ad iudaismum. ludicum enim saluatoris irritum ducunt. quando post factam pacem. quasi penitentes de ea subiciunt se illis. quae prius paci fuerant inimica. Iuxta sensum ergo galatarum xp̄s arbiter non est. Quia inducti in legem. de duob; populis unum fecer̄.

**E**t unus utiq; populi arbiter nemo est. Hunc eundem sensum ad ephesios prosequitur dicens. Ipse est pax nostra qui fecit utraq; unum & in eodem parietem macerū. soluens inimiciam. in carne sua. Legem mandatorum. In decretis euacuans. ut duos amictet in se in uno nouo homine. faciens pacem. Sum in uno nouo homine fecit pacem. ambobus utiq; abstulit. per quod dissidebant. Et hoc eis statuit data sua lege. p̄ quod essent pacifici.

**H**oc galatē irruerunt conuersi ad iudaismum. **Dī autē unus est.** Hoc dicit. ne xp̄m predicando dīm quē arbitrium dicit. Unū dō preiudicare putaretur. contra legem & prophetas. Arbitrium



ergo hunc pacti assumptionē carnis intellegi docet. Sicut dicit ad  
timotheū. Arbitr di & hominū homo xpi ihs. Juxta autem  
quod dicitur. a patre hunc non separari. sed unū eē cū patre. Siue  
enim pater. siue filius. dī unus ē. Dī enim nature nomen est.  
& potestatis. quam in patre & filio. Includuam manere ipsa  
nominum ratio docet. **Lex igitur. aduersus pmissa. absit.**  
Absit utiq. quia non est lex inimica pmissionis. Quippe. <sup>et</sup> confir  
met eam. Nam primus moyses dicit. Prophetā uobis excitauit  
dī de fratribus uestris. Hoc dictum de xpo. petrus apostolus  
pbat in actis apostolorum. **Si enim data esset lex que possit ius  
tificare. uere ex lege eēt iustitia.** Iustitiam hanc dicit. que apud  
dīm imputatur iustitia id est fidei. quia & lex habuit iustitiam.  
Si ad p̄sens non que iustificaret apud dīm. Remittere enim pec  
cata non potuit. ut de peccatoribus faceret iustos. Sed ad hoc  
data est. ut terror eēt. prouocans homines ad bonam uitam.  
in reuerentes paruens. Ideoq. non est data lex. que possit ius  
ficare. sed condemnare. **Sed conclusit scriptura omā sub pecca  
to. ut promissio ex fide ihū xpi. daretur credentib.** Hunc sensū.  
& ad hōmarios posuit dicens. Conclusit dī omā sub peccato. ut om  
nium miseretur. hoc dicit. quod supra memorauit. Quia lex ad hoc  
data est. ut peccatores reos se scirent apud dīm. Manifestatis  
enim peccatis suis conclusi sunt. ut se excusare non possint. Sed  
querere misericordiam. ut ueniens qui pmissus est abrahæ fide  
solam ab eis posceret. quā habuit abrahā. Ut & malorū suorū  
ueniam. & iustificationem mererentur. Hoc enim manifesta  
uerat dī p̄ suam prophetam dicens. Ueniet ex sion. qui eripiat.  
auertat impietatem iacob. & hoc illis ante testamentum cum  
abstulero peccata eorū. **Prūs enim quā ueniret fides. sub lege cus  
to dicebatur. conclusi in eandem fidem que incipiebat reuelari.**  
Hoc est. quod dicit. quia ante quā ueniret saluator. sub legis



trahabet. Ueniente xpō qui quasi demmorib. facit iniores. Liborari de potestate pedagogi.

custodia agebamus ne peccaremus. ut uenienti pmissiōi digni essemus. Hac enim ipse lex totus prestabat nos. ut uenienti xpō offerret nos. id est iudeos. **Itaq. lex pedagoga fuit in xpō ihū. ut ex fide iustificaremur.** Idem sensus est. quia sub lege eramus donec ueniret xp̄s. qui nos credentes iustificaret. **Ueniente autē fide iam non sub pedagogo sumus.** Omnes enim filii dei estis. p̄ fidem que est in xpō ihū.

**S**ub pedagogo qui agit potestatis suae non est. Paruulus enim & lubricus ad peccandum sub pedagogo per ablutionem peccatorum facti sumus filii dei. cum essemus serui peccati. **Quot quot enim in xpō baptizati estis. xp̄m induistis.** Hoc dicit. quia credentes dimittantur. xp̄m induunt. quando hoc appellantur quod credunt. **Non est iudaeus. neque grecus. non est seruus. neque liber. non est masculus neque femina. omnes enim uos. in unum estis in xpō ihū.** Nullam distantiam dicit credentium. ut nulli preiudicetur quid fuerit ante quā crederet. Omnibus his enim unum decretum est donum. Apud dñm enim nulla discretio personarum nisi morum & uitae. ut homines unius fidei meritis distinguantur. non personis. **Singuli uos omnes unum estis in xpō ihū. ergo abrahāe semen estis. secundum pmissiōem heredes.**

**S**emen abrahāe sunt omnes credentes. Quia abrahāe pater est omnium credentium. Et si filii sunt necessario & pmissiōnis eius heredes. ut consequantur p̄ fidem quod pmissum est abrahāe. ut participes simus iustificationis eius in regno celorum. **Dico autem quod quādiu heres paruulus est nihil differt. Quasi seruo. cum sit dñs omnium. sed sub tutoribus. & actoribus est usq. ad p̄ finitum tempus a patre.** Uerū non est quia uis patres ordinauerunt. & usq. quā etatem subiectus debeat eē ad ultus. statuerunt ita ut quādiu paruulus.

at tunc

—

—

—





libertate sua non possit neque dominari quasi heres. Sed  
similis prope seruis in conditione est curatorum uel actorum.  
Hoc exemplo exprobat eos qui sub lege fuerunt paruulos fuisse  
se circa meritum ne libertatem habuissent. Quia in conditione  
legis erant subiecti causa peccati. **Ita & nos cum essemus paru-**  
**li subelementis huius mundi eramus subiecti.** Inelementis  
neomenias significat. & sabbatum. Neomenie enim dies  
sunt lunares quos obseruant iudei. Sabbatum uero dies re-  
quiescentis. Ante quam ueniret ergo promissio id est do-  
nam gratiae dei & purificans iustificaret credentes. quasi  
imperfecti & paruuli per legem dei subiecti eramus conseruis  
quasi pedagogis. Libertas enim nostra obnoxia erat causa pec-  
cati. Nihil tamen de elementis sperabant iudei sicut & paga-  
ni. sed creatorem dei uenerabantur in creatura. **At ubi plen-**  
**tudo temporis misit deus filium suum factum ex muliere factum**  
**sub lege. ut eos qui sub lege erant redimeret ut filiorum adop-**  
**tionem reciperemus.** Plenitudo temporis est completum  
tempus quod praefinitum fuerat ad opatrem. quando mitte-  
ret filium suum. ut ex uirgine factus quasi homo nasceretur  
subiciens se legi usque ad tempus baptismi. ut formam daret  
quomodo peccatores abluti & a iugo legis erepti dignatio-  
ne dei filii ei adoptarentur. sicut promiserat redempti sangui-  
ne filii eius. Saluatorem autem necesse erat fieri sub lege  
quasi filium abraham iuxta carnem. ut circumcisi appa-  
reret esse qui promissus abraham uenerat gentes iustifica-  
re per fidem. Signum habens eius cui promissus fuerat.  
**I**deo ultra nemini oportuit circumcidi. Quia tunc delin-  
cit signum quo ad usque ueniret qui promissus fuerat instau-  
rare fidem. In qua iustificatus est abraham. In preputio. Ut  
credentibus non opus sit circumcisio. Abraham autem. Ideo

et minime



+ non erat plenum hoc est qd dicit ad romanos ipse sps  
 circumcisus est. quia filium se credidit habiturum in quo  
 omnes gentes benedicerentur. Ideo tandem currit signu  
 donec ueniret quierat promissus. Si autem hoc crederetur  
 quod credidit abraham. non stetit circumcisio ne forte  
 opponeretur quia si abraham credidit & circumcisus est.  
 quare circumcidantur credentes. **Quo autem estis filii di  
 misit ds spm filii sui in corda nra clamantem abba pater.**  
 Ab his coepit quibus & scribit dicens. Quo autem estis filii di.  
 & subiungit iudaeos cum ait misit ds spm filii sui in corda nra.  
 Quando autem gentes dixit filios di credentes in xpm quae pri  
 us fuerant inimice. dubium non erat t iudaeos credentes dici fi  
 lios di. Quos constat iam pridem hoc nomine nuncupatos.  
 nomen enim olim acceperant uelud in imaginem ut postea  
 confirmaretur per xpm. quia sine spu testimonium reddidit  
 spu nostro. quod sumus filii di. Ut enim probaremur ad  
 optati esse ad omnes filios. spm suum dedit nobis. qui signum  
 patris ostendat in filios. ut quia non hoc nos auderemus dice  
 re abba. quod est pater. Denique iudaeis hoc iam dudum  
 non est concessum dicere. **Itaq; non est seruus sed filius.** Non e  
 seruus. quia sublatus de potestate legis. socius factus est be  
 nedictionis propriae filii di. **Si autem filius & heres pdm.** Dubi  
 um non est. quia ideo quis adoptat sibi filium ut heredem illu  
 relinquat. Sed hereditas ex morte alicuius prouenit. Quod  
 est ergo ut mortales heredes eius dicantur. qui semper uiuit  
 sed scriptura more nostro loquitur. ut intellegere possim.  
 Ut enim ostendat datum unum patrem filius de bonis. haec que da  
 turus est hereditatem appellat. **Sed tunc quidem ignorantes dm  
 his qui non sunt di seruebatis.** Quo prius p ignorantiam pecca  
 bant seruientes idolis. facile illis ignotum significat. Sicut  
 dicit in genesi ab imelech ad dm. Dne inquit gente ignorante  
 h In infirmitate & indignitate nra. suggerat ut audeamus dicere



perdes. **N**unc autem cognoscentes dñm. Immo cogniti adō. Quo  
modo iterum conuertimini ad infirma & gena elementa. quib.  
denuo seruire uultis. Graue illorum admissum notat. Quia  
post cognitionem dī ea quae paganorum sunt se qui ceperant.  
Et amplius addit. quia non isti cognouerunt dñm. sed magis cog  
niti adō sunt. Cum enim hu non quērent dñm. aduocauit eos  
ad suam gratiā. Et hu ingrati adō conuerti ceperant. ad ea que  
tunc colebant quando ignorabant dñm. Ut uenerarentur infir  
ma & gena elementa. & non nota mente xp̄m in quo omnis  
inhabitat diuinitas. Infirma & gena dicit elementa. quia im  
perfecta sunt. Ad regendum enim mundum. Inuicem egent sui.  
In xp̄o enim perfecta salus ē. **D**ies obseruatis. & mensēs. & tempo  
ra. & annos. Que elementa dixerit. nunc declarauit. diem sol  
facit. Mensēs eius sus lunae. Tempora uero sunt. uer. estas. au  
tumnus. hiemps. Quattuor haec completō numero proprio  
faciunt annum. Dies ergo obseruant quid dicunt. ut puta crastino  
pficiendum non ē. Post crastino non debet aliquid inchoari.  
& sic solent magis decipi. Hu autem colunt mensēs quicursus  
lunae pseruantur. Dicentes. ut puta septima luna instrumenta  
confici non debent. Non iterum luna. ut puta emptum serū  
donum duci non oportet. Per haec facilius solent aduersa puen  
re. tempora sic obseruant cum dicunt. Hodie ueris initium est.  
festiuitas ē. Post cras uulcanalia sunt. Et talia iterum aiunt.  
Post erum ē. domum egredi non licet. Annos sic colunt cum dicunt.  
Kalendis ianuariis nouus ē annus. Quasi non cotidie annus imple  
antur. sed ut annu illius memoriā recolant. hi frontis haec supersti  
tione utuntur. Que longe debet ēe a seruis dī. Si enim dī ex toto  
corde diligatur. ipso ppitio nulla debet ēe formido. neq; suspicio  
harū rerū. Prosperē enim potest adere. quicquid simpliciter  
sub dī deuotione fit. **T**ūc uos ne frustra laborauerim in uobis.



17

Duplici genere subuersi fuerant galatae. ut p̄ dignitatē non solum  
ad legem conuenterentur. sed & ad errores pristinos. Inducti enim  
uel reuersi in legem. facile declinarunt ad obseruantiam dierum  
& mensum. Sabbati enim obseruatio & neomemorum. adtraxerunt  
illos adhuc. Ideoq; timet inquit uos. ne sine causa laboraue-  
rim in uobis. Sic enim uidebat eos in peius p̄ficere. ut possent etiā  
a xp̄o penitus recedere. **Et scite sicut ego quia & ego sicut uos.** Hoc  
dicit ut dent operam corrigendi. Se quia non est impossibile  
ut sint sicut ipse quia & ipse hoc erat. Id est homo quod & illi.  
& cum fuisset in errore. p̄sequens eelam. correptus conuertit se.  
**Frates obsecro uos nihil mihi nocuistis.** Nunc inuitus agit cū eis  
& bona eorum incipit memorare. ut p̄ magnas correptiones bo-  
na opera sua audientes recrearentur. Et data opera reforma-  
rentur. ne oburgationib; diutius pressi asperiores fierent exa-  
cerbati. nihil tamen sibi nocuisse illos dicit. Ipse enim oberat de-  
lictum illorum. Apostolus enim impleuerat officium dispen-  
sationis sibi credite. ut omni cum diligentia predicat. Et eis  
sicut dñs ad p̄phetam hezechiel. tum quid p̄dica. sit audierint  
lucraberis eos. Si quominus. tu saluabis animam tuam. **Scitis  
quia p̄ infirmitatē carnis euangelizauis uobis iā pridem. & temptatio-  
nē ur̄am in carne mea non spreuistis neque respuistis.** In me-  
moriā reuocat illis tēpus. quando primū p̄dicauit illis eu-  
gelium dī. Ipso enim tēpore. In uirnis agebatur apostolus. & cedib;  
infirmabat. Infirmus enim uidetur quib; humiliatur. & non re-  
sistit p̄p̄ euangelium dī. Et in hoc laudat constantiam eorum. quia  
non sunt abstracti a fide. In uirnis enim apostoli. Temptatio erat  
galatarum. In qua firmi inuenti sunt. non dubitantes de fide.  
**P**ossent enim scandalū passi dicere. Quae ē uirtus aut spes in hac  
fide. Quando minister eius sic humiliat. Sed quia iam om-  
nium futuris spebus infecerant. presentes exitus p̄ xp̄i nomine.



non pestimescebant. Certe fidem nostram non interrisse sed  
in caelis habere dignitatem. Et post tribulationibus magna  
rependi premia roborem illis iniecit. Quia post haec laudabilia  
circumuenti fuerant ut utuperabiles uiderentur. **Sed sicut**  
**angelum dei excepistis ut me. sicut christum in hunc.** Hoc magis laudat  
meis. quia pressuris non deformatus est apud eos sed commen-  
datus. Scientibus probis qui credunt parvum exitum. Sicut  
ergo angelum dei exceperunt apostolum. credentes dei domum  
esse quod predicat. Sic et desertentes. quasi auctori domino ihesu christo.  
**Quae ergo erat beatitudo uestra?** Beatos hos fuisse dicit apud  
ceteras ecclesias. per id quod apostoli iniuriis non frangebantur.  
sed crescebant in fide. **Testis enim sum uobis quasi fieri**  
**potuisset. oculos uestris eruisse et. & dedissetis mihi.** Uotum eo-  
rum in religione. tam plenum ostendit fuisse. ut non solum  
bene ab eis susceptus sit. sed & fortes in fide inuenti sunt.  
quod ad laudem magis proficit. Omnia pene sua illi obtulerunt  
profliganda. hinc plus dolet quia tanta caritas subuersa  
fuerat praua doctrina. **Ergo inimicus uobis factus sum. uerum**  
**dicens uobis.** Hoc dicit. quia non potest fieri ut inimicus ego  
inquit uobis sim. quorum tanta sentio obsequia. Sed quia  
argui se nemo uult errantem. ideo inimicus uobis  
uideor. iuste uos reprehendens. **Emulantur uos non bene**  
**sed excludere uos uolunt. ut eos emulemini.** Inuidia iudeorum  
subuersos eos significat. Uidentes enim sic illos proficere in  
euangelio. & tantam habere caritatem in apostolo. ideo gerunt  
quatenus illos deciperent. Erant enim legis causa apostolo  
inimici. ut manente nomine saluatoris facerent eos iudeos.  
gaudentes in uersione eorum. Non enim patiebantur. ut gratia  
sibi promissa audirent in reuocatis gentibus. datam. Ideo imita-  
tores suos illos uoluerunt fieri. ut more eorum circumciderentur



**E**mulamini autem meliora dona: bonū emulamini semper: &  
 non solum cum p̄sens sum apud uos. Meliora dona spiritalia  
 sunt: quae imitati habebunt effectum apud d̄m. Haec spi-  
 ritalia & bona sunt quae uult ut semper imitentur: non ad  
 tempus sicut pridem aut se p̄sente tantum. Post autem ali-  
 ud conuertantur. Sed uult illos de cetero p̄seuerare in bono.  
**F**ilioli mei quos iterum p̄sturio: donec xp̄s formetur in uobis.  
 Primum fidem illos genuerat in baptismo. Sed quia uelud p̄-  
 abortum nati deformes & infirmes inuenti sunt: nunc cum  
 dolore consilio reformat eos in xp̄o. Conspicientes enim fidē  
 & sensum fidei minime aduertentes: formatum xp̄m in ani-  
 mis suis negantur habere. Si enim intellexissent gratiam  
 d̄i in xp̄o: post fidem in iudicamento deducti non essent. Uell autē  
 p̄sens eē nunc apud uos: & mutare uocem meā: quia confundor  
 in uobis. Pr̄sens uult arguere illos: ut mutet uocem suam  
 de laude in uituperationem eorum: ut duplici genere confun-  
 dantur. Et de errore suo & r̄bore apostoli: quem patiebatur  
 apud eos quibus illos p̄stulerat. Dicite mihi quis sub lege  
 uultis esse: legem non legistis. Scriptum est enim: quia abra-  
 ham duos filios habuit: unum ex ancilla & unum de libera.  
 Hoc in genesi habetur: quia cum sacra generare n̄ posset: erat  
 enī sterilis. Agar ancillam suā obtulit uiro suo abrahāe in  
 concubinā. Ut quod generaret adoptaret sibi. Sic factū ē:  
 ut de agar nasceretur ismahel. Post autē nutu d̄i p̄missus  
 abrahāe filius de sarra uxore ei quae erat sterilis: haec peperit  
 abrahāe isaac. Tunc coepit abrahāam duos habere filios: unū  
 de ancilla & unum de libera. Sed quid est quid ancilla: secun-  
 dū carnē natus est. Qui autē ex libera p̄p̄missionē quesitū p̄  
 allegoriam dicta. Ismahel qui ex ancilla agar natus ē: se-  
 cundū carnē natus ē. Quia uetera consuetudinē natus est.



Isaac uero non secundum consuetudinem sed secundum puden-  
tiam diuinitate natus est. Quippe cum Sara & a nuseet & ste-  
rilis. In tempore enim xpi. natus est Isaac. Ideo haec per allegoriam  
asserit dicta. ut aliud ex alio significant persone israhel & Isaac.

Israhel enim iudeorum significat natiuitatem. Uel eorum  
qui serui peccati sunt. Isaac uero xpianorum. qui a libertate  
nascuntur. Liber enim fit. qui accipit remissionem peccatorum.

**H**aec enim sunt duo testamenta. Moyses accipiens sanguinem  
uituli in cratera asperxit populum dicens. Hic est sanguis tes-  
tamenti. quod disposuit deus ad uos. Hoc est. quod dicit. **Unum  
quidem a monte sina. In seruitutem generans quod est agar.**

**L**ex enim in monte sina datae. quam moyses recitans populo.  
librum hunc testamenti appellauit. & tunc asperxit populum  
sanguine sicut dixi. Haec lex reos tenuit peccatores. & peperit  
eum serui peccati facti filii agar. quasi ancillae. **Sina autem mons  
est in arabia. qui coniungitur huic. que nunc est hierusalem  
seruiens cum filiis suis.** Causam agar significare dicit hierusa-  
lem terrenam id est sinagogam. quae in seruitutem generat. quia  
sub peccato sunt. **Illam autem que sursum est hierusalem. libera est.  
que est mater nostra.** Haec quam matrem nostram dicit. regula  
mysterii domini. per quam renascimur in libertatem. Sicut &  
ipsa libera est. Ideo & caelestis dicitur. quia caelum sedes eius est.

**E**t quos generat. ibi erunt cum ea. Sicut dicit dominus. pater quos de-  
dit mihi uolo. ut ubi ego fuero. & ibi sint dentes renascuntur  
per me. Sic & enim de deo dicitur. Quia quod factum est. in illo  
uita erat. Sicut enim pater habet uitam. ita dedit & filio uitam  
& uita erat lux hominum. Haec uita & lux. mater est fidelium.  
**In esaias hoc habetur quod subiectum est. Scriptum est enim. Le-  
tare sterilis que non parit. erumpe & exdama. que non paruit.  
quia multi filii deservit magis quam eius que habet uirum.**

meum. haec est uita quia immortalitate donantur quere

r N



Hanc terrenam hierusalem uirum habere dicit quia secundum carnem generat. Illa autem caeleste hierusalem quam dicit matrem nostram sterilem appellat. Quia non parit secundum carnem nec dolores patitur hoc est non parturit. Generat autem sine passione spiritualiter. exclamans in lachryam. Quia deserta aliquando a quo nisi ab adam. Quid deserta uita secutus est morte. nunc plures filios habet quam haec que habet uirum. Idest que carnaliter generat. Multo enim plures sunt christiani iudeis. Sic dicit in apocalypsi. Et uidi turbam multam quam di numerare nemo poterat ex omnibus tribu & gente. **Vos autem fratres secundum isaac promissionis filii estis.** Hoc est non carnis filios esse sed dei. Quia isaac in tipum natus est filii dei & uult eos subintellegere. quia facti filii dei conuersi sunt ut essent filii carnis. Si uero resipiscant sunt filii dei. **Sed quomodo tunc qui secundum carnem natus fuerat persequeretur eum qui secundum spiritum factus est.** Non solum israhel secundum carnem natus est sed et esau. Quia & ipse in populo iudaei tipum natus est. De quo in malachi propheta scriptum est. iacob dilexi esau uero odio habui. Hic persequeretur iacob qui in populo christiani figura natus est. Vocatus israhel hoc est homo uidentem deum. Similiter & iudeis per inuidiam persequi significat christianos. Unde data opera galatas euerterant carnalia studia. **Sed quid dicit scriptura eice ancilla & filium eius non enim heres erit filius ancille cum filio meo isaac.** Haec uerba saras sunt. que tipum habet hierusalem caelestis de promissione generans isaac. ut iacet filio ancille. Idest iudeo populo incredulitatis causa abiecto seru enim peccati sunt. quibus data remissio peccatorum non est nec heres sed filius libere illius hierusalem superne. que est populus nouus regni caelorum. itaque non sumus ancille filii sed libere. qui a libertate nos christus liberauit. Eum igitur ancille filii dei peccati eramus obnoxii. Sed accepta remissione

At resipiscant.



peccatorum: a xpo liberati sumus. **Stare ergo & nolite iterum**  
**seruitutis iugo contineri.** Stant enim monet in accepta gra  
ne redeuntet ad uetera amittant donum libertatis. quod fu  
erat consecuti. **Eccē ego paulus dico quia si circumcidamini**  
**xps uobis nihil pderit.** Nunc aperte ueritatis. & auctoritatis  
suae uim non tacet. dicens. **Eccē ego paulus dico uobis.** id est  
magister gentium. cuius opus estis in xpo. **Palam uobis dico.**  
quia nihil uobis pderit xps. si circumcidamini. Ipse enim dñs ait.  
**Lex & pphete usq. ad iohannem.** Ex quo regnum caeloru p dicitur.  
Ante quam ergo naua inciperet predicatio. oportuit circumcidi  
nunc autem lege fidei succedente. ea sequenda sunt. quae ueritas  
ueritas iubet. Quia uetus & nouum admisceri non debet. auc  
toritate dñi p dicanis. **Aut enim nemo additamentum parui**  
**rudis assuit uestimento ueteri.** Tollit enim fortitudinem eius  
a uestimento. & maior fit scissura. **Ae phoc.** non solum nihil  
pderit fidei. addita circumcisio. sed & obert. **Malus enim**  
**malum est.** ex libere seruum fieri. quam nasci. **Testor autem**  
**omni homini circumcidenti se.** quia **debetor est uniuerse le**  
**gis faciente.** Possunt aliqui legem aliquatenus seruare & si  
circumcidi. Multi romanorum in iudea seruabant legem  
in circūcisi. Unde dicit paulus apostolus ad agrippam regē  
iudeae. **Scio rex agrippa.** credis pphetis. scio quia credis.  
Et centurio cuius seruus erat moriturus. quum uentis ad ihm.  
rogabat ut ueniret. & sanaret seruum ei. Cui testimonium  
phibentes iudei dicebant ad ihm. **Dignus est ut prestes ei.**  
diligit enim gentem nostram. & sinagogā ipse aedificauit nobis.  
**Nemo tamen circumcisis non totam legē seruat.** Debetor est  
enim quia circumcisis data est lex. hoc ideo dixit. quia tam  
habet ee ostendebant. ut digni cent omnia onera legis por  
tare. **Euacuati estis a xpo.** Quib. nihil pdest xps. euacuatis



accepō. Erant enim gratia eius pleni. qui recedente euacuatis.  
 Hic enim loquitur. qui post acceptum donum. gratiae circūci  
 di se uoluerunt. **Quin lege iustificationem a gratia excidistis.**  
 Iustitia lex ē. si seruentur quae datae sunt. Ideoq; qui in his ius  
 tificari se uult. post fidem amittit gratiam. Quia ad hoc  
 uenit donum dī ut cessantib; oneribus legis. iustificaret cre  
 dentes apud dīm. **Nos enim spū & fide spem iustitiae expecta  
 mus.** In xpō enim ihū neque circumcisio aliquid ualeat. neque ppu  
 tum. sed fides que per caritatem operatur. Aptum est quod  
 dicit. quia spes iustificationis in fide est p spm. non operale  
 gis. In fide enim spiritaliter dō seruitur. deuotione men  
 tis. & puritate cordis. Unde dicit dñs ad samaritanam. Dñs  
 sps ē. & adorantes eum in spū. & ueritate. adorare oportet.  
 A phoc. neq; pputiū ualeat. quicquā neq; circumcisio. Sed sola  
 fide opus est in caritate ad iustificationem. Fides enim cari  
 tate fraterna debet muniri. ut perfectio sit credenti. Demq;  
 saluator. quod primum mandatum eēt. Interroganti scribae  
 respondit dicens. Diliges dñm dñm tuū ex toto corde tuo. &  
 ex tota anima tua. & proximum tuum. tamquam te ipsum.  
 In his inquit duobus. tota lex pendet & prophetarum. In perfec<sup>mandatis</sup>  
 tasunt itaq; cetera. quando in his duobus mandatis. perfec  
 tio continetur. **Currebatis bene. qui uos impediunt ueritati  
 non obedire.** Exercitiū illorum. in opere fidei bonum fuit  
 se testatur. Sed nequitia malorum hominum detentos. nec  
 cursum suum efficacia perseuerante consummarent. Un  
 de resipiscant hortatur de cetero ut nulli eorum credentes.  
 Quia opera legis seruanda suaderent. euangelice ueritati  
 non eos obedire sinebant. **Suasio uestra. non est ad dō. qui uocatus.**  
 Uerumē quia humano consilio hoc agebant iudaei. ut mitte  
 rent eos subiugo legis. non dī iudicio qui uocabat eos p apōs



tolunt suum ad gratiam. **Modicum fermentum totam massam corrum-  
pit.** Hoc dicit: quia licet quippiam legis admittentes fidei.  
violavit fidem: ne habeat fructum: aut sit acceptabilis. Hoc ideo  
adicit ne forte in colorem se putarent habere gratiam fidei: si pauca  
legis obseruarent. **Ego confido in uobis in domino quia nihil aliud sentitis.**  
Hac spe se dicit fidere debis: quia non sponte: sed circumuenti erroris  
uiam intrauerant. Ideo ostenso uero timere facile eos posse reuera  
confidit. **Qui autem conturbat uos: postabit iudicium quicumque fuerit.**  
Quomodo qui errantem conuertit facit: remunerandus est: dicitur  
iACOBO apostolo in epistola sua: qui conuertit fecerit peccatorem:  
saluabit animam eius: & operiet multitudinem peccatorum suo-  
rum. Ita & qui rectam incedentem uiam: iter huiusmodi cogit fle-  
tere: damnationem consequitur: quicumque fuerit. Hoc propter  
hos subiecit: qui sibi meritum defenderent: eo quod filii essent  
Abraham: iuxta carnem. Denique exaltantes se: dicunt ad hunc  
nos filii Abraham: sumus. **Ego autem fratres sicut circumcisione predicor:  
quid adhuc persecutionem patior.** Apertum est quod dicit: Ideo  
enim quasi inimicus a iudeis habebatur: & non desinebant ap-  
secutione eius: quia circumcisionem iam stare docebat. Denique  
iudeis compellentibus: & sepe innumeras falsas accusationes  
contra eum deferentibus: obliquum iudicem iudens coactus ap-  
pellauit cesarem. **Ergo euacuum est scandalum crucis.** Scanda-  
lum erit iudeis: predicatio crucis: quia sabbatum & circumcisi-  
onem euacuabat. Si autem admitteret circumcisionem non  
esset scandalum: & pacifici essent nobis iudei. Nam dicebant  
de saluatore: Non est hic homo ad quem sabbatum non custodit.  
**Utinam & abscedantur hi qui uos subuertunt.** Tale est hoc quale  
& illud ad corinthios prima: Qui non inquit amat dominum ihesum  
sit anathema. Ex ipso grege morbidosunt: & huic quos sociat  
sententiae eorum: ut abscedantur misericorditer. Quingala

cessare



tas di gratia exuerunt. Et non solum spiritualiter. sed & carnaliter  
 hos male dicit. quia circumcidi galatas cogebant. ipsi abscide-  
 rentur. ut multiplicaretur. his dolor corporis. **Uos autem**  
**in libertatem uocati estis fratres.** In libertatem uocati sunt.  
 quia cum peccatis essent obnoxii di gratiam accipientes. remis-  
 sa delictorum. liberati sunt. **Tantum ne libertatem.** In occasione  
**carnis detis.** Hoc dicit. ne acceptam libertatem occasio carnis  
 adimat. Ad hoc enim circumcidi eos uolebant ut in conditione  
 legis intrarent. Ideo monet ne dent occasionem. consentiendo eis.  
**Sed per dilectionem sps. seruite uobis inuicem.** Non per affectu  
 carnis caritatem habendam. sed spm exhortatur. ut inuice  
 sibi subiecti sint. **Uniuersa enim lex in uobis. uno uerbo implet.**  
**diliges proximum tuum sicut te ipsum.** Hoc scriptum est in  
 leuitico. quod supradictum est. quia perfectio salutis. per  
 dilectionem operatur. Quia qui non diligit fratrem. non di-  
 ligit. <sup>dm</sup> dicit iohannes apostolus. **Quod si mor detis inuicem.**  
**& comeditis. uidete ne ab inuicem consuminamini.** Manifes-  
 tum est quia dissensio fratrum. Inimica est dilectionis. Ideo  
 monet. ut pacifici sint proficientes in bono. contentiones enim  
 generant uirgum. Cuius fructus est uite consuminatio.  
**Dico autem spu ambulate.** & concupiscentia carnis non proficietis.  
 Postquam a lege factorum eos prohibuit in quas sunt precepta  
 carnalia. nunc ut auitas carnis se abtineat precepit. hic  
 enim spu ambulat qui fugit peccata. **Nam caro concupiscit**  
**aduersus spm. sps uero aduersus carnem.** Haec enim inuicem  
 sibi aduersantur. ut non ea que uultis faciatis. **Duas leges**  
**pponit. sicut facit & in epistola ad romanos.** Que inuicem  
 aduersae sunt. Unam di. alteram peccati. Que ideo in carne  
 significat. quia uisibilibus oblectatur cupido peccatorum  
**Ut his sibi aduersantibus medius homo non ea que uult agat.**



Diuina enim lex premit & fugat legem peccati. Consulens ho-  
mini ut uigorem nature suae custodiat. nec capiatur inle-  
cebris. Ille contra insidius agens. Lacescit hominem. blandi-  
tus. ut spernat preceptum legis diuinae. Cum ergo consen-  
serit homo legi di. contradicit lex peccati. Suadens homini.  
ne faciat quod imperat lex diuina. Et diuerso autem lex dire-  
uocat hominem. ne faciat. quod suggerit lex peccati. Quod qui-  
dem homo non uidet esse absurdum. Scit enim nature suae  
congruere. si faciat. quod imperat lex di. Denique gaudet quan-  
do haec agit. Cum autem ea operatur. quae suggerit lex pec-  
cati. uidet se turpem. & horret post factum. Ideo q. legis sps  
precepta seruanda sunt. & carnalia fugienda. Ipsa enim con-  
scientia se accusat. si ei consentiat. Sciens horroni esse quae sug-  
gesserit lex peccati. **Quod si spu ducimini. non estis sub lege.**  
**Non est obscurum.** Quia qui ducem habet spm scm. non errat.  
Lex enim errantibus dominatur. Sicut alio dicit. iusto lex non est  
posita. **Manifesta sunt opera carnis. quae sunt. adulterium. for-  
nicatio. Inpuritas. obscenitas. Idolatria. ueneficia. Inimicitiae.  
contempiones. ir. simultates. dissensiones. hereses. Inuidie.  
ebrietates. comessationes. & quae sunt his similia. que p̄cho  
uobis. sicut & p̄dicitur quod hu. quitalia agunt regnum di here-  
ditate non consequuntur.** Haec omnia. & his similia legis  
peccati membra sunt. quae apostolus opera carnis appellat.  
Quia errores isti. ex mundo sunt. ex quo cecaro. Omnia uero  
peccata. de foris oriuntur. Ex parte carnis. non ex parte sps.  
Ideo non absurde opera carnis dicuntur. **Fructus uero sps est.  
caritas. gaudium. pax. longanimitas. benignitas. spes. fides.  
lenitas. continentia. castitas. bonitas. & aduersum huiusmo-  
di. non est lex.** Qui autem xpi sunt. aurtem suam crucifixe-  
runt. cum uirtus & concupiscentias. Non dicit opera sps cari-



22

tas: sed fructus sp̄s. Lex enim sp̄s: haec quae supra memorauit  
fructificat: ut exis hereditas regni caelorum quaeratur.  
Qui enim xp̄o deuoti sunt: Hos dicit: electos: id est: unctos. Hi  
carnem: id est mundum cruci figunt. / Quando haec: ex quib:  
error eloruntur: contempnant. Hunc sensum & iohannes  
apostolus secutus: ait: Nolite diligere mundum hunc: neq:  
ea que in hoc mundo sunt. Siquis diligit mundum: non est  
caritas patris in illa. / Quia omne quod in hoc mundo est con  
cupiscentia oculorum: Qui ergo mundum & quod in mundo:  
non concupiscit hic carnem cruci figit. Neque enim corpori  
humano: haec cutia ad scribenda sunt: id est: idolatria: uene  
ficia: hereses: Inuidia: Inimicitiae: ire. Sed haec talia: ideo  
carnalia dicuntur: quia ex parte mundi sunt sicut supra me  
morauit. Interea non amplius: quam decem res: posuit: quas  
fructus sp̄s significauit. / Ut in his omnia complexus uideat.  
Secundum tabulas testamenti dī: In quibus non amplius: quā  
decem uerba mandatorum tradita sunt. / Si spū uiuimus: spū  
& ambulemus. Non simus inanem gloriā sectantes: Inuicem  
uocantes: inuicem mundentes. Hoc dicit: quia si bene & hones  
te uiuimus: bonos debemus habere & mores: hoc est enim  
spū uiuere: In <sup>con</sup>aminatam uitam habere. Et sic spū ambulā  
si paci studeamus. haec enim parit caritatem. Inanis autē  
gloria est uelle uincere: ubi premium non est. / Ut quis stu  
dium habeat contentionis & emulationis. / Sciens quia haec  
generant & lites. Seruum autem inquit dñi: non oportet  
litigare bone enim uitae fructus aridos facit: perdens sp̄e  
premissam caste conuersationes. Bona enim: & casta uita:  
moribus ornanda est: & beniuolentia locupletanda. / **Itē**  
& si proccupatus fuerit homo mali quo delicto: uos qui spirita  
les estis instruite huius modi in spū mansuetudinis: conside



rans seipsum. ne & tu tempteris inuicem onera uia portate.  
Nunc hos adloquitur. qui firmiores erant ne inflatione bone uite.  
cum qui forte a peccato circumuendit fuisse spernendum pu-  
tarent. & abiendum. Ideoq; consulendum his. Cum mansi-  
etudine enim puocandis sint. ad reformandos se. Quia si acius  
quasi ex auctoritate fuerint correpta. non se patiuntur argui.  
Sed & defendere incipient se. ne turpes uideantur. & incipient  
peiores fieri. Tolle enim hominem a contentione. & audacia.  
& habebis eum subiectum. Humilitas enim. & iam superbos  
solet inclinare. Et cum tota a humilitate fieret. adiecit.  
Ne & tu tempteris. Ut uel hac causa non sperneret peccatorem.  
Sciens et se posse peccare. Et sic implebitis legem xpi. Lex enim xpi  
omnes saluos uult. Ac per hoc. qui fratri peccanti consulit.  
ut redeat ad propositum implet uoluntatem xpi. Si enim quis  
uidetur sibi esse aliquid cum nihil sit. se ipsum se ducit. Opus  
enim suum probet unusquisque. & tunc in semet ipso tantam  
gloriam habebit. & non in altero. Verum est. nec latet quem  
quam. quia si actus nostros. & mentem consideremus. ut nul-  
lis nos ante ponimus. Nec facile quemquam iudicamus. Qui enim  
extollitur. quasi aliquid sit. errat. Nescit enim quia de hu-  
militate crescitur. Verba enim et gesta saluatoris. ante o-  
culos non habet. Quicum sit dñs omnium dñs. humiliavit  
se. ut nobis formam daret. quid sequi deberemus. si crescere  
uelimus. Et si nos erigeremus. Inclinare mur. quod facit in  
peritia cordis inflati. ut apud homines commendatior uidea-  
tur. Spernens enim. & despiciens peccatores. iustum se uideri  
contendit. Sicut & phariseus ille. quem dñs denotat. Num-  
quid non uere hic. Imperitus ē. qui presentis glorie cupidus ē.  
Numquid non uere de futuris desperans. mercedem iustitiae  
in presenti uult consequi. Quare. quia non ē iustus in opere.



sed per fallaciam fingit iustitiam. Qui enim uult iustus esse alterum  
 sibi proponit. ut uere iustus sit. Unus quisque enim plus mala sua  
 nouit quam alterius. **Unus quisque enim suam sartinam portabit.**  
**Ad postremum hoc uultat innotescere superbis.** quia non conquinatur  
 quis alieno peccato. dum modo differunt. ut nemo uereat. se ungeri  
 peccatori. aut accedente ad se. suscipere. ut eum lucret. **Communi**  
**cet autem is qui ceteri zatur.** Hoc est. qui uerbum audiens est. Et qui  
 se ceteri zatur. **In omnibus bonis.** Hoc dicit ut doctoribus audientes  
 communent in omnibus bonis. Si autem aliter agant quam docent.  
 in his non illis communicandum. sed dissentendum. ut magis lex tibi  
 dux sit. quam homo. Si tamen ob erit. non tibi. quia quae docuerit  
 obseruas. **Nolite errare. di non deridetur.** Neminis dubium  
 est. deo in posturam fieri non posse. Sed hoc a beo unum quemque  
 consequi. quod meretur. **Quod enim quis se imauerit. hoc et**  
**metus.** Qui enim seminauerit in carne sua. **ex carne & metus.** cor  
 ruptionem. Hic carnalia uitia. quae in corpore admitti solent. signi  
 ficat. Ut qui carnem suam corrupert. seiat se corrupte le futurum  
 ob noxium. **Corrumpit autem corpus.** qui in concessa presumit.  
**Qui uero seminauerit in spiritu. de spiritu. metus et uitam aeternam.**  
 Homo christianus. spiritu constat & carne. Homo enim ad comparationem sancti  
 spiritus. caro est. Cum ergo spiritu dat assensum. cohibens se ab his  
 quae contraria sunt. spiritaliter seminat ut possit metere  
 uitam aeternam. testimonium enim spiritus accepit. & immorta  
 litatem loco mercedis. Sicut enim qui corrumpit de honestatis  
 corpus suum. non ad aeternitatem sed ad corruptionem nota  
 bit. Ita & qui in aeternitatem se custodit. uitam aeternam con  
 sequitur. Haec enim aeterna uita est. uiuere sine poena.  
 Habere & gloriam. nam si hic ad praesens qui in sollicitudine est  
 negat se uiuere. quantum magis. ubi alienus ad deum ignem tor  
 torem patietur. **Bonum enim facientes. non defatigemur.**



**T**empore enim suo metemus infatigabiles. Hoc dicit. quia qui  
fortis est ad seminandum. fortis erit & ad metendum. Id est.  
si recipiet. quomodo facit. Ideo propter nos. ad bene facien-  
dum esse hortatur. Nec fastidium pati debere. securos quia  
proparuis. magna recipiemus. Et per terris. aeterna tem-  
pore quo promissit ds. **Ergo dum tempus habemus. operemur  
bonum ad omnes.** Gentiles tempus habent. operandi malū.  
Homines enim sine dō. quomodo possunt operari bonum. Xpi  
am autem facti. tempus habent operandi bonum. ad omnes  
homines. Ut post acceptam fidem. bonum opus proficiat mer-  
cedi promissae. Tempus enim ideo conceditur uitae. ut iam  
iuste uersemur exemplum dantes gentilibus. **Maxime autē  
ad domesticos fidei.** Uerum est. quia faciliores. & propensio-  
res in bono circa fr̄s eē debemus. quia inuicem sumus membra.  
Huic ergo rei inserviendum. quae prodest non circumcisiōm.  
**U**idete qualibus litteris scripsi uobis mea manu. Auctoritatem  
dat epistolae suae. Cum enim dicit. ego scripsi mea manu.  
ob oediri uult litteris his. Ubi enim olographa manus est. fal-  
sum dici non potest. Ne forte circumuenti. excusarent de e-  
pistola. quasi aut falsata esset. aut non esset apostoli. nolentes  
se reprehendi. Quicumque uolunt placere in carne. In cogunt  
uos circumcidi. ne crucis xpi persecutionem patiantur. In car-  
ne placere hominibus placere significat. Ut enim iudaei sp̄s  
tuis aut inoffensis uiuerent. quos pseudo apostolos dicit. Si xpm  
predicabant. ut & legem seruandam docerent. Quod aposto-  
lus numquam metuit. sed constanter quod uerum est non tacuit.  
& sibi. et his prudens. quos docebat. Denique ego in quid non  
solum ligari. sed & mori paratus sum in iherosolima p̄ nomen  
dñi nostri ih̄s xpi. **Nec enim huiusmodi qui circumcisi sunt. legem  
custodunt. sed uolunt uos circumcidi. ut in ues tra carne gloriorentur.**



**T**ale est hoc quale & illud dictum ad apostolum petrum. Sicut  
 cum sis iudeus gentiliter uiuus. quomodo compellis gentes iuda  
 izare. Ita & hu cum ipsi legem non custodirent. contra sanctos  
 iniuste. circumcisionem zelabantur. ut per inde iudicet.  
 & amatores legis uiderentur. cum constet hunc legem defen  
 dere & custodire. Qui iustitias eius exsequitur. & mandatu  
 quod ad uitam pertinens datum est. non preter mittit. Ta  
 lis ergo galatarum excusatio erat. haec dicit. ut uel sic intel  
 legant. quia in iudebantur. uelud stulti & hebetes de quoru  
 doloribus gloriarentur. **M**ihi uero absit gloriari. nisi in cru  
 ce dñi nostri ihu xpi per quem mihi mundus crucifixus est. &  
 ego mundo. Quomodo speudo apostoli tribulationes pro  
 nomine xpi. quasi nihil pfaturas. per hi poenitentiam redime  
 bant. erubescens in his. Ita & apostolus gloriabatur de his.  
 sciens magnam pro his fore mercedem. quem admodum. &  
 eo apostoli eius. sicut scriptum est in actibus apostolorum.  
**T**unc in quid caesi exierunt. apostoli de concilio. Gaudentes quia  
 digni habitisunt pro nomine xpi contumeliam pati. Cuius  
 ergo omnis spes in xpo est. hic gloriatur in cruce eius. Haec  
 & mundus crucifixus est. certus amorem crucis xpi uitam eē.  
**M**undi uero amorem parere mortem. In uicem ego sibi mortui  
 sunt. Et mandus apostolo. & apostolus mundo. Dum nihil  
 concupiscit apostolus mundi. & dum nihil habet mundus sū.  
 quod agnoscat in apostolo. Sicut & dñs ait. ecce in quid prin  
 cepti mundi uenit. & in me inuenit nihil. **N**eque enim circum  
 cisio quicquam est. neque preputium. sed noua creatura. &  
 quot quot hanc regulam secuntur. pax super illos. & misericordia  
 israel dñi. Noua creatura est. regeneratio nra. haec est. que  
 dat perfectum permanentibus. Super istos enim est pax di.  
 qui enim cum dō pacificus est. Nullius inimicitiam metuit.

N  
 D  
 X  
 N  
 S



**I**ustus enim est. protectione & misericordia dī. quae promissae.  
& manet super isrl̄ dī. non super isrl̄ hominis. Iudei enim  
credentes. israhelites sunt secundum carnem. Duas ergo par  
tes significauit. super quas manet pax & misericordia dī.  
iudaeorum credentium & gentilium fidelium. **Decetero ne  
mominu molestus sit.** Molestias sibi noluit decetero fieri. ut  
iterum forte cogere tur scribere. sed iam correctiones illos uult  
fieri. ut amputatis erroribus post tanta. tedia pausam haberet.  
**S**i autem duriores se prestarent. & inflexibiles in conuersendo.  
cessarent ab eo. ut illis operas suas. & efficaciam impenderet.  
de quibus mercedem. aut lucrum speraret. **Ego enim stigma  
ta dñi ih̄u xpi. In corpore meo posito.** Hoc dicit natus. quia  
passiones quas credentium causa patiebatur. Inefficaces in his  
uidebat. quō constantia. & fide doctrinae suae p̄ xpo. plagas.  
& uincula. pati non timuit. Sed passus est amore credentium  
cicatrices plagarum habere se in corpore. quonon minus fide  
liter eis predicaret. Sicut & pseudo apostoli qui galatas de  
ceperant. Neminem itaq; uult sibi molestum eē. quibus cre  
de uotus non est. Ita enim stigmata. id est cicatrices plagarū.  
testimonia sunt credentium. eorum qui patuntur. quod digni  
sint futura promissione. **Gratia dñi nostri ih̄u xpi. cum sp̄u  
uestro fratres.** Non legis gratiam dicit. sed dñi ih̄u xpi esse cū  
sp̄u illorū. quos spiritales fratres appellat. Neque enim pe  
nitus. omnes fuerant euersi. Ad Ephesios.

**E**phesios non apostolus fundauit in fide sed confirmauit. mul  
ta mala p̄ his passus. aper fidei. Sicut dicit. Sicut in secundū  
hominem ad bestias pugnaui ephesi. quid mihi p̄dest si mor  
tui non resurgent. & qm̄ pugnam suam non sine effectu p̄  
fectionis illorum p̄ uideat. gaudens in eis ad meliora scriptis hor  
tatur de urbis rome custodia. Quia ueniens ab hierosolimis



incustodia sub fide iussorem intellegitur deguisse manens extra  
castra In conductu suo.

**D**AULUS APOSTOLUS XPI IHU PERUOLUNTATE DI SCISOM.  
nibus qui sunt ephesi & fidelibus in xpo ihu. solito more scribit.  
Apostolu enim se esse xpi ihu di uoluntate testatur. Scis & fidelibus.  
in xpo ihu qui sunt ephesi. Non solum fidelibus scribit. Sed et  
scis. Et tunc uere fideles sunt. Si fuerint scis in xpo ihu. Bona  
enim uita tunc pdest accreditur scis. si sub nomine xpi habeatur. Alio  
quin. contaminatio erit. quia admiria pficit creatoris. **Gratia**  
**uobis & pax ad o patre nostro & dno ihu xpo.** Gratiam di dicit  
cum scis ee & fidelibus. que patre nrin appellat. quia ab ipso  
omnia & condita et restaurata. Xpm autem dnm nrin quia redemit  
nos offerensse p nobis. **Benedictus ds & pater dnm nostri ihu xpi**  
**qui benedixit nos in omni benedictione spiritali.** Id est non mun  
dana. sed caelesti benedictione. Neq. corruptibili. sed aeterna  
quia gloria xpianoru. non in terra sed in caelo est. Et est in xpo.  
Omne enim donu gratiae di in xpo e. Ut si quis spiro xpo benedicere  
ad o putet. errare se sciat. Alio tamen benedicere ds. & aliter  
homines. Unu quide benedictionis nomen e sed p merito psonae  
debet intellegi. Na & facere dicitur ds. & homines faciunt.  
Sed ds nuntio solo impassibiliter facit. homines enim manu conatu  
labore sudore. efficiunt. Ds ergo benedicatur. cum laudibus  
dignis extollitur. Homines autem sic bene dicit ds. ut donum  
gratiae suae eis impertiat. non secundum merita eoru. sed se  
cundum miam sua. Et non dixit quinos benedixit in benedictio  
ne spiritali. sed in omni ut ostenderet pfecta benedictionem  
dari caelestium credentibus in xpm. ut pleni sint gloria caelesti  
supra potestates subiecti caeloru. Quia ubi ergo inquit ero. illic  
erit & minister ms. Sic elegit nos in ipso ante mundi constitutione  
ut essemus scis & immaculati coram ipso in caritate. Prescius ds om.



num. scit. qui credituri essent in xpm. Sicut dicit ad romanos.  
Quos prescit & uocauit nos. non solum ex iudeis sed etiam ex gen-  
tilibus. Quos ergo dñs uocare dicitur. perseverant in fide.  
Hi sunt quos elegit ante mundum in xpo. ut sint incontamina-  
ti coram dō in caritate. Hoc est ut amor dñi scām illis facit con-  
uersationem. Nemo enim melius alicui optemperat. quam  
qui ex caritate obsequitur. **Predistinauit nos in adoptionem  
filiorum per dñm xpm in ipsum.** Hoc dicit decreuisse dñm  
ut credentes in xpm adoptarentur in filios dō. ut apud ipso-  
rum sit xps uerus filius dñi. **Secundum placitum uolunta-  
tis. In laudem claritatis suae.** Tale placitum dicit dñm ha-  
buisse. ut ad laudem claritatis eius proficeret gratia data  
hominibus. ut salus nostra gloria dñi sit. **Qua gratificauit  
nos in dilecto filio.** Dñs nobis gratiam dedit. propter quod  
credidimus in filium eius xpm. Diligens enim unigenitū  
suum. amatoribus eius diuina dona largitur. In quo habe-  
mus redemptionem per sanguinem ipsius remissionem pecca-  
torum. Duplicem gratiam flagitat. quia & redemit nos  
sanguine suo & peccata nobis non imputauit. Id est. rede-  
mit & manū misit. **Secundum diuitias gratiae suae que  
abundauit in nobis in omni sapientia & prudentia.** Addit  
ad gratiam. quia post supra memorata beneficia donum  
accedit sapientiae & prudentiae spiritalium rerum.  
**Notum uobis faciat misterium uoluntatis suae. iuxta placitū  
suum quod proposuit in eo. & dispensationem ad implerionis  
temporum. restaurans omnia in xpo qui in caelis sunt & qui  
in terra.** Hoc placuit dō cuius consilium retractari non potest  
ut in xpo ostenderet misterium uoluntatis suae. tempore  
quo reuelari illum uoluit in agnitionem creature. Uoluntas  
autem eius haec fuit. ut tunc ppitius fieret omnibus qui



errore erant: siue in caelis siue in terris: quando xp̄m ma-  
 nifestauit hoc donum esse credentium ne illis imputaren-  
 tur peccata: suscipientibus fidem xp̄i. Omnis ergo creatura  
 in caelis & in terris: dum dicit agnitionem xp̄i. Restau-  
 ratur ad id quod est condita. Cum enim ad unius di fidem  
 tribuitur cognitio misterio saluatoris: ab errore quem  
 ceperat restauratur: pro certo habens creatorem suum  
 unum esse & dñm & dñm. Hinc est unde iohannes in apoca-  
 lipsi dicit: Uidi michael & angelos eius in caelo pugnare cū  
 dracone: & cum exercitu eius: haec repugnantia partim  
 de errore eius: partim de usurpate tyrannidis presumptione:  
 In quo sortiti sunt **predistinati secundum propositum dī: qui**  
**uniuersa creauit: secundum consilium uoluntatis suae: ut**  
**simus in laudem gloriae eius nos qui ante sperauimus in xp̄o**  
**Hoc est quod dicit: quia dispensatio predicationis his decreta:**  
**ad dō: qui ex iudaeis crediderunt in xp̄o m. Unde nullus ex gen-**  
**tibus ad apostolatū electus est. Dignum enim erat exclusi**  
**predicatore: qui ante sperauerunt salutem: quae illis promi-**  
**sa erat in xp̄o. In quo & uos comaudissetis uerbum ueritatis euā-**  
**geli salutis ueritatis credentes signati estis spū promissionis scō qui**  
**est pignus hereditatis nostrae. In redemptionem adquisitio-**  
**nis in laudem gloriae ipsius. Laus gloriae dī est: cum multi**  
**adquiruntur ad fidem: sicut glā medicī est similes cures.**  
**Idcirco ad gloriam dī pertinet qui agentes uocauit: ut salutis suae**  
**in medelam consequerentur per fidem promissam iudaeis: signū**  
**habentes redemptionis atque hereditatis future sp̄m sc̄m:**  
**datum post baptismum. Redempti enī heredes designati sunt**  
**in regeneratione perdurent ut fides prima ueniam: sc̄a uero**  
**conuersatio perdurans cum fide: coronam meretur. Propterea**  
**audita fide unā in dño ihū & dilectione in om̄s sc̄os. Non cessat gra-**

H  
 J



et participes

tas agendo pro uobis commemorationem uestri facere in oratio-  
nibus meis. Quō iuxta decretum dī. quo statuit gentes principes  
fieri promissionis iudaeorum. audito ephesi uerbo dī suscepit  
fidem xpī. diligentes omnes scōs sicut mandauit dñs. hac cau-  
sa dō gratias agit pro conuersione & caritate eorum. quidig-  
natus est gentes concorporare iudaeis. **Ut dñs dñi nostri ihū**  
**xpī pater claritatis det uobis sp̄m sapientiae & reuelationis**  
**magnitudinis inluminatos habere oculos cordis uestri.**  
**ad hoc ut sciatis quae est spes uocationis eius. quae diuinae**  
**hereditatis glorie eius in sc̄is.** Manifestum est. quia ideo  
se orare dicit pro eis. ut fidei suae spem cognoscant in remu-  
neratione caelesti. Quia cum plene scierint qui fructus est  
credentium. propensiores fient circa excolendam religio-  
nem. lam enim in huiusmodi uidetur profectus fore. qui  
si ante quam sciunt promissionis gloriam tam deuoti sunt.  
propensiores fient necessario cum cognouerint. Clarita-  
tis tam patrem uocat dñm. & xpī dñm. cum uerus pater xpī  
dñs. & dñs creaturę. Sed & ipse dñs eadem dicit. Uado ad  
patrem meum. & patrem uestrum. dñm meum. & dñm uestrum.  
Iotius ergo claritatis pater est. Quia ab ipso est omnis cla-  
ritas & potestas. & dignitas. Est & pater xpī. sed aliter.  
quia hic uerus filius eius. & dñs omnium. sed non ita xpī dñs est.  
Sic enim dñs xpī est. quia dñs de dō xpī est. Ceterorum autē dñs est  
causa terroris. Sicut ipse dicit in machia propheta. **Sid ego**  
**sum. ubi est timor meus.** Et quae est excelsa magnitudo ei-  
nus quae creditis. secundum operationem potentiae for-  
titudinis eius quam operatus est in xpō. suscitans illum a mor-  
tuis. & collocauit ad dexteram sibi in caelestibus super  
omne principatum & potestatem & uirtutem & domina-  
tionem. & omne nomen quod nominatur non solum in



hoc saeculo sed in futuro. Exemplum salutis credentium & glo-  
 riae. In resurrectione saluatoris consistere proficitur. ut  
 ex ea cognoscant fideles quideis promissum est. Simili  
 enim modo extollentur supra caelos futuri cum xpo. Sic  
 ipse dicit. Pater. uolo ut ubi ego fuero & hincum sint.  
 & uideant gloriam meam. Hoc propter incarnationem.  
 filii di etiam homo factus super omnes caelos esse dicatur.  
 & super cunctam creaturam sedens ad dexteram di. habens  
 nomen di per naturam. non per adoptionem. Ut cognos-  
 cant illum esse filium di qui illum crucifixerunt. / Hono-  
 rem enim quem illi dedit per generationem. tunc manifes-  
 tatus est. cum natus homo passus est. & uicta morte resur-  
 rexit. ascendens unde descenderat super omnes caelos. /  
 Inde dictum est. quia ueritas de terra est. / Quia enim  
 omne iudicium pater filio dedit. / idcirco ad dexteram di  
 sedere dicitur. quasi iudex. / Denique ipse dicit ad discipu-  
 los. / Usque modo nihil petistis in nomine meo. / Petite.  
 & ego faciam. / Unde ait iudeis. / A modo uidebitis fili-  
 um hominis sedentem ad dexteram uirtutis. / Et ueni-  
 entem cum nubibus caeli. / Exeo enim quo innotuit.  
 adiri coepit. / & postulari quasi iudex. / Et omnia sub-  
 iecit sub pedibus eius. / & ipsum dedit super omnem  
 ecclesiam quae est corpus & plenitudo eius. / quia om-  
 nia in omnibus adimplentur. / Patrem dicit filio om-  
 nem creaturam subiecisse. / Ut quia omnia per ipsum  
 fecit. ipse omnium capud sit. & dñs. / Tunc illi omnia  
 subiecit. / quando illum ante omnia genuit. / Ut per  
 ipsum fierent quae non erant. / Omnem ecclesiam  
 dicens. / summam totum comprehendit quod in caelo  
 est & terra. / Ut in nouum hominem membra eius.



efficiantur. dum confitentur hunc esse perquam facti  
ad dō sunt. Subiciuntur enim illi quasi capiti mem-  
bra ex quo trahunt originem. ut omnia in omnibus  
adimpleantur. Cum enim regressi fuerint ad con-  
fessionem unius dī flectentes genu xpo. adimpleatur  
in omnibus ut sit omnia. quia ab ipso sunt. Ac per hoc  
ipse in eis est. quia uirtute eius subsistunt. Receden-  
tes enim ad dō. euacuare illum uidentur. Unde alio  
loco dicit. Ut crescant omnia in incrementum dī.  
**Et uos cum essetis mortui delictis. & peccatis uestris.**  
**In quibus aliquando ambulastis.**  
Secundum saeculum huius mundi mortuos dicit. qui  
errores saeculi sequuntur. Quicquid enim ab unius  
dī professione recedit. mortuum habetur. quia non  
manet in radice. ex qua trahit originem.  
**Secundum principem potestatis aeris huius spiritum**  
**qui nunc operatur in filiis diffidentiae.**  
Principem potestatis. id est diabolum significat saeculi  
intellegentiam corrupisse. ut ab uno dō recederet.  
multorum deorum opinionem suscipiens. Ut socios  
illos suae conspirationis efficeret. dum in eadem im-  
pietate inueniuntur. negantes unum dīm. Prin-  
cipem ergo hunc erroris. Ideo aeris dicit spm. ut os-  
tendat quia hanc partem sibi usurpauit ad exercendam  
dominationem. Alius est enim aer. & alius princeps  
Sed quia in mundo uel in aere dominatur. sps aeris ap-  
pellatur. In quibus & nos aliquando conuersati su-  
mus in desideris carnis nostrae facientes uoluntates  
carnis & consiliorum eius. & eramus natura filii  
ire sicut & ceteri.



Perfidiā significat. dum desideria carnis memorat.   
 Voluptas enim carnis est. visibilibus oblectari. ut   
 elementa quae dī gubernacula mundi instruit.   
 eos appellet. cum hoc nomen in dō debeat. ex quo   
 sunt omnia. Ut sicut nullum participem habet ex   
 his inuitate. Ita nullum habeat consortem in nomi   
 ne. Xpō autem idcirco hoc nomen non negatur.   
 quia sicut communis eis natura est. Ita erit & nomen.   
 Hoc tamen inter patrem & filium inter est. quia pater   
 a nullo hoc accepit. filius autem per generationem.   
 omnia patris accepit. ut inuitate & substantia & no   
 mine nihil distet filius a patre. Unde dicit. Omnia   
 quae habet pater mea sunt. & mea patris. Non ergo   
 indignum neque contrarium est si & xp̄s dī dicatur.   
 sed de dō patre. ut unus dī auctoritas conseruetur.   
 Nam si quis aliud putat significare cum uoluntatem car   
 nis flagitat. Sciat apostolum mundam uitam habu   
 isse. quia secundum iustitiam legis conuersatus est.   
 sine querela. Sed quia persecutus est fidem xp̄i id   
 circo conuersati inquit sumus in desideris carnis nos   
 trae. Omne enim peccatum caro dicitur. maxima   
 perfidia. quae est totius sceleris mater. Nulli ope   
 ra bona & castitas proderit. si sit perfidus. perfidia enī   
 haec omnia maculat. Hinc est quod subdidit. Et era   
 mus natura filii irae. sicut & ceteri. Nature enim cum ma   
 la uoluptas subponitur. fit natura irae. Id est. quae ultio   
 ni subicienda sit. Inmutata non substantia. sed mala uo   
 luntate. Hoc enim deputatur naturae. quod sequitur.   
 Unde ait in esaiā. Semen pessimum. Et quare sit semen pes   
 simum. subiicit. Reliquistis enim dñm ait. & ad inuidiā

H



prouocastis. sem̄ israhel. Ut natura quae deserit dñm. pessimum semen dicatur. Degenerare est enim ab auctore recedere. Et cum malum exemplum ceteris prebet. malum est semen. fructus enim pessimos facit. si uero redeat ad auctorem. bona enim natura. secundum apostolum. qui immutatus dum agnoscit creatorem suum. uas electionis appellatur. **Dei autem qui diues est in misericordia. propter multam caritatem miseratus est nostri.**

**H**ae uere diuitiae sunt misericordiarum. ut non querentibus ultro misericordiam prestaretur. Sicut dicit esaias. **palam factus sum non querentibus me.** Hoc enim est abundare misericordiam. ut & non postulanti tribuatur.

**H**aec tamen caritas dei est erga nos. ut quia fecit nos. nolit perire nos. Diligit enim opus suum. Ideo enim fecit ut amaret quod fecit. Nemo enim laborem suum odio habet. **Et cum mortui essemus. conuiuificauit nos in xp̄o.** Ad deum alienati mortui eramus. gratia autem sua reuocauit nos. hoc est. uiuificauit nos in xp̄o. Quia enim per ipsum nos fecit. iterum per ipsum nos reformauit in ipso. Id est ut eius membra simus. Ipse est autem caput nostrum. Ipsum enim habemus deo prestante auctorem uitae nostrae. Sicut dicit petrus apostolus. **Auctorem uero uitae inter fecistis. cuius gratia estis salui facti.** Huiusmodi non addit & gentes. significans saluatos nos gratia xpi. **Et simul suscitauit & simul sedere collocauit in caelestibus.** Hoc dicit quod supra memorauimus. illic futuros suos etiam ex gentibus. ubi et xpi est caput eorum. **Ut ostenderet in saeculis super uenientibus super abundantes diuitias gratiae suae in bonitate super nos in xp̄o.**

Significat quia in futuro saeculo in mortale dei donum



apparebit in remuneratione fidelium. quod oculus non  
 uidit nec aures audiuit. nec in cor hominis ascendit.  
 que preparauit dñs diligentibus eum. 7. Hae sunt super  
 habundantes diuitiae ut tantum detur credentibus. quan-  
 tum inuestigare non potest mens. **Gratia enim salui  
 facti estis per fidem.** Gratia fidei data est. ut creden-  
 tes saluentur. 7. **Et hoc non ex uobis dñi enim donum  
 est.** 7. **Non ex operibus.** ut ne quis gloriatur. 7.  
**Ipsi enim sumus figmentum creati in xp̄o in opera  
 bona quae preparauit dñs ut in illis ambulemus.**  
 Verum est quia omnis gratiarum actio salutis nos-  
 trae ad dñm referenda est. qui misericordiam suam  
 nobis prestat. 7. Ut errantes reuocet ad uitam. non  
 querentes uerum iter. 7. Ideoque non est gloriandū  
 nobis in nobis ipsis. sed in dño qui nos regenerauit na-  
 tuitate caelesti per fidem xp̄i. ad hoc ut bonis operi-  
 bus exercitati. quae dñs nobis iam renatis decreuit.  
 promissa mereamur accipere.

**Memoria retinentes.** uos qui aliquando eratis gen-  
 tes in carne. quid uicimini preputium. ab ea quae  
 dicitur circumcisio in carne manu facta. quō eratis.  
 illo in tempore sine xp̄o. 7. Alienati a conuersatione  
 ih̄s & hospites testamentorum. & promissionis eo-  
 rum spem non habentes. & sine dño in mundo.

**Commonet gentes.** ut reminiscerentur quid fuerunt. 7.  
**Erant enim carnales & sine spe.** nullam promissionis  
 communionem habentes iudaeorum in xp̄o. 7. Iudaeis  
 enim promissus erat xp̄s non gentibus. ut propensius  
 gratias agant dño per xp̄m qui misericordia sua fecit illos  
 participes spiritualium. cum essent carnales. Ideo tamen



circumcisio ait in carne manu facta. ut significaret aliam  
non manu factam spiritalem. **Nunc autem in xpo uos**  
**qui aliquando longe eratis facti estis prope in sangui-**  
**ne xpi.** Adhuc donum & gratiam di commendat. cui  
nos semper uelut obnoxios nos gratias uult referre. Idcirco enim sanguine xpi proximos do factos memorat. ut  
quantum affectum circa nos habeat ds ostenderet. qui  
pro nobis filium suum mori permisit. Ut & nos infide-  
lius durantes omnibus exitis pro illo nobis in latis non  
ceclamus. scientes plus illum de nobis mereri. quamq;  
cumque ab inimicis possunt inferri. Ille enim cum sit  
dn̄s & nullus egeat. optulit se pro nobis. ut non illi sed  
nobis proficeret. Nos enim etiam si non nobis proficeret  
forte cogeremur mori ipso dn̄o serui. **Quantomagis**  
**cum non solum illius. sed et nostra mors nobis presteret**  
**effectum.** Ipse est enim pax nostra. qui fecit utrumq;  
**unum & medium parietem soluens inimicitias in car-**  
**ne sua.** Pacem fecit inter circumcisionem & preputium  
passio saluatoris. Inimicitia enim que uelud paries  
media erat. & diuidebat circumcisionem a preputio.  
& preputium a circumcisione. hanc soluit saluator dan-  
dans legem ut neque iudeus presumens de circumcisi-  
one reprobareret gentilem. neque gentilis fidus de pre-  
putio id est de paganitate. abominaret iudaeum.  
Sed ut ambo innouati. unius di fidem sequerentur in  
xpo. Omnia enim quae docuit saluator. tunc fir-  
mauit. Cum surrexit. Parietem tamen qui medius  
erat diuidens inter legem factorum. & gentilitatem.  
maceriam siue sepem significauit. Id est non parie-  
tem stabilem neque robustum. Quia neque gen-



tilitas firma reserat quasi ab homine inuenta.  
 neque circumcisio & neomoeniae escarum & sacri-  
 ficiorum uel sabbatorum stabilis & fixa observatio.  
 ne enim data sunt. ut cessarent adueniente xpo.  
 quamuis enim ds haec dederit. sed ad tempus.  
 Idei autem firma & sine successore est predicatio.  
**Legem mandatorum. indecretis euacuans ut du-**  
**os conderet in se. In uno nouo homine faci-**  
**ens pacem.** Hoc est. quod supra summam me-  
 morauimus. quia legem quae data erat iudaicis in cir-  
 cumcisione & in neomoeniis & in escis & in sacri-  
 ficiis & in sabbato euacuauit. hoc est cessare iam ius-  
 sit. quia oneri erant. & sic fecit pacem. Unde pe-  
 trus apostolus dicit in actibus apostolorum. Quid  
 imponentis iugum supra ceruicem fratrum. quod neque  
 patres nostri. neque nos potuimus postare.  
**Et exhiberet & reconciliaret ambos in uno corpore**  
**do per cruce[m].** Sublata inimicitia morte sua xps  
 prius populos inter se reconciliauit. deinde do patri-  
 pacificos fecit. Ut homines nature unius qui ad-  
 uersi facti fuerant per errorem. membra efficeren-  
 tur. unius corporis noui cuius caput xps est.  
**Interficiens inimicitiam in semet ipso.** Et ueniens  
 euangelizauit pacem uobis qui longe. & pacem his  
 qui iuxta. Quia per ipsum habemus accessum utriq.  
**In uno spu ad patrem.** Idem sensus est. Interfecit eni-  
 inimicitiam in se. dum pro omnibus tam iudaicis quam  
 gentilibus mortuus est. Omnibus enim profecit mors  
 saluatoris. Resurgens enim a mortuis damnata morte.  
 Quae tenebat omnes. ostendit quam spem haberent.



credentes in eum. Hinc mandauit predicationem qua  
omnes conuocarentur ad dñm patrem in unitate sp̄s sc̄ss̄  
discordia. ut siue iudei qui prope ideo dicuntur. quia  
ipsorum patribus facta promissio est. siue gentiles qui  
ideo longe dicuntur. quia di legem non receperunt da  
tam per moysen. sublato preterito ritu susceperunt  
fidem xp̄i per quam efficerentur unum.

**E**rgo iam non estis hospites & incolæ. sed estis ciues sc̄orū  
& domestici dī. Ammonet illos ut memores sint benefi  
ciorum dī. Quia cum longe essent a cognitione & amore dī.  
misericordia eius adiunctis sunt ut fierent participes eorū  
qui prope dñm erant. ciues facti sunt filiorum dī.

**S**icut enim quaecumque gens romanorum pacem se qu  
desiderauit. oblati domus suscepta est ut essent  
ciues romani. quem admodum et tarso cilicenses.  
unde apostolus ciuem romanum se dicit. Ita &  
quicumq; se fidei xp̄iane sociauerit. fit ciuis sc̄orū  
& domesticus dī. **Super aedificati supra funda  
mentum apostolorum & prophetarum.**

**H**oc est supra nouum & uetus testamentum collocati. quod  
enim apostoli predicauerunt. prophetae futurum  
dixerunt. Quamuis dicat ad corinthios. dī  
inquit primum posuit in ecclesia apostolos secundu  
prophetas. sed hi alii prophetae sunt. Illo enim loco  
de ordinatione ecclesiae disputat. hic uero de fundamen  
to ecclesiae. Prophetae enim disposuerunt. nam a  
postoli fundamenta iecerunt. Unde dicit dñs ad pe  
trum. Super istam petram aedificabo eccliam meam. hoc  
in hac catholice fidei confessione statuo fideles ad uitam.  
**N**am & dauid disposuit domū dī & significauit locū ubi fiet.



alomon uero fundauit eā. Ipso angulari lapide xp̄o ih̄u. In quo  
 om̄is structura compacta crescit in templū sc̄m̄ in d̄no. In quo  
 et uos coedificamini habitaculū d̄i in sp̄u. Hic sensus ē. Unde d̄ns  
 ait. Super istam petra aedificabo eccl̄am meā. Quos enim  
 populos in se suscepit saluator et fecit unū in d̄no. sicut et  
 lapis angularis duos parietes continet in unitate domus fir-  
 matos. Fideles enim sup̄ edificia sunt templi d̄i in sp̄u. con-  
 uersantes. ut possint heredes fieri caelestis habitationis.

**Quius rei gratia ego paulus uinctus xp̄i prouobis fratribus. 7**  
 Quō dispositionē clem̄tiae qua fuerit antemundū erga salutē  
 gentium ostendit. nunc se legationē huius domi fungi. dis-  
 uisione xp̄o mittente declarat. D̄ns enim p̄ resurrectionē  
 suā apostolos suos uice sua misit p̄dicare. hunc dirigens  
 ad conuersionē gentiū. Sic enī dix̄ ad eū. Uade. ego lon-  
 ge ad gentes mittāte. Dominico ergo uerbo usus est cum dic̄.  
 uobis qui longe. et pacem his qui iuxta. **Sicamen audistis dis-**  
**positionē gratiae qua data ē nobis in uobis.** Uult eos scire  
 quia d̄i iudicio a xp̄o missus est p̄dicare gentibus m̄steriū gra-  
 tiae d̄i. Secundū reuelationē notū mihi factum ē m̄steriū. Sic  
 ante scripsi. In modico pot̄ potestis intellegere prudentiā meā  
 in m̄sterio xp̄i. Ostensam sibi significat reuelationē m̄ste-  
 rudi. De quo prius breuiter sememorat scripsisse. hoc est.  
 temperate. pot̄ poterant capere prudentiā apostoli in sacra-  
 mento xp̄i. **Quod alius saeculis n̄ fuit notum filius hominū**  
**sic nunc reuelatū ē sc̄is ei et p̄phetis sp̄u esse gentes coheredes**  
**& incorporatos & participes p̄missionis ei in xp̄o.**  
 hoc asserit ostensum ad d̄o tempore xp̄i quod latebat qui agen-  
 tes participes futurae eēt gratiae p̄missae in lege. Quod os-  
 tensū d̄i p̄dicatoribus sc̄is & p̄phetis. Id est. apostolis. & legis  
 explanatorib. non p̄phetis ueterib. Quamuis enī amitte



rentur prius ad legē gentiles. sed circumcidi iubebantur. Et prophetae  
scierunt gentes participes futuras doni dī. Nam et hoc significauerunt  
multis in locis. Sed hoc latuit quia sine circūcisione & sabbatis &  
neomeniis & ceteris talibus gratia dī futurae essent participes  
ut absq; lege susciperent fidem xpī & saluarentur. Hoc est  
quod dicit spū eē gentes coheredes et concorporatos & participes  
pmissionis eius in xpō. Qui enī spū dñm colit: opere legis opus  
non habet. Per euangeliū ei factusū minister scdm donū gratiae  
dī quae data est mihi. scdm operationē uirtutis ei. Per p̄di  
cationē ministeri sui cognitum adserit donū qd̄ disposuit dī  
gentib; iuxta uirtutis suae operationē. Operatio enī uirtutis  
ei est: quia xp̄m suscitauit a mortuis: de uicta morte lingua  
om̄s saluauit. Dispensatio tam̄ euangeliū ei haec est qua  
agnita est uoluntas dī quia gentes sine opere & legis saluare  
decreuit. **Mihi minimo omnium scōrū data ē haec gratia.**  
**Humiliauit se cū seminum die: sciens humilitatem p̄fectum ha**  
**bere.** Nam tantam gratiam sibi datā die: ut donum hoc quod  
ante ignotum fuit p̄teritis saeculis sibi asserat concessum: ut hoc ma  
nifestare gentibus. Unde enim minus scōrū omnium uideri potest qui  
antequā baptizaretur: uas electionis appellatus ē. Ut in nationib;  
euangelizem inestimabilis diuitias. Electum se probat ad p̄dicandū  
donū dī in diuitiis incomprehensibilib; xpī quas gentib; iam desperatis  
largiri dignatus: ut sine <sup>legis</sup> opere saluarentur p̄ fidem. Et manifestū  
quia nemo egregium & maximū munus p̄ indignā mittat p̄sonam.  
Ostendens ergo quantū ad dō mereatur: humiliat tam̄ se: ut meritū  
eius crescat. **Et in lumine quae est dispensatio m̄sterii abscondi**  
**ti a saeculis. In dō qui uniuersa creauit.** Missum se die duplici modo  
docere gentes m̄steriū quod fuit in dō ex quo sunt om̄a: Ut per  
eū discant haec intellegant xp̄m semp̄ in dō & apud dñm: & quia sine  
circumcisione & ceteris legis mandatis disposuit saluare gentes.



h lege sed in solo xpo sperantes: Manifestato enim

indignum inuentisunt iudaei. tantū actalem habere doctore. Sic enim iudaei credebas in xpm. Ut legem tam seruarent. quod odibile est a puclm: Deniq: dicunt apostoli ad coapostol<sup>u</sup> suū paulum. Iudei sū quot milia sū in iudaea credentiū: et om̄i isti emulatores sū legis. Unde factum ē. ut uas electionis ad gentes docendas missus eēt: ut uel ipsi fidei suae spem plenam haberent: nihil de sacramento xpi. tale donum datum est: qd̄ p̄fectae salutis haberet effectum. Sicut enī in magna uota maxima dantur aphorita: Ita et magnifico manifestato mysterio: gaudiū et laetitiae causa: tam egregio munere donatisunt homines: quod illis satissit ad copiam salutarem.

Ut nota fiat principib: et potestatib: in caelestib: p̄ ecclesiam multiformis sapientia edī: Tantū de hoc bene sensit d̄s: ut non solū gentib: hunc magistrum dare: uerū etiā ut peum ueritas xpi innotescat spiritib: in caelestib: qui sūnt principes et potestates. Potestates ideo quia potentiores sūnt inter ceteros sp̄s: Principes autem eo quod principentur potestatibus. Ut agnoscentes peccatam quae multifariae ad uitā adtracta ē in xpo unius dī manere mysterium: desinant ab errore. Idem agitur: ut p̄dicatio ecclesiastica etiā his proficiat: et desinat ad sensum tyrannidis diaboli quae aduersus dī unius fidem impia p̄sumptione armauit. Quis sensus in psalmo uicesimo tertio p̄scriptus ē. ubi d̄s uniuersitatis d̄s demonstrat. Dicente dī spū p̄ dauid. D̄n̄ est terra & plenitudo ei: orbis terrarū et uniuersi qui habitant in eo. Et in subiectis. Tollite portas principis ur̄i: & eleuamini portae aeternales: Et introibit rex gloriae. Quis est iste rex gloriae. D̄n̄s uirtutum ipse est rex gloriae. Dicitur ergo his principibus qui in errore sūnt in caelestib: siue ministris eius in terris: ut auferant portas principis sui. id est diaboli dementib: suis p̄ quas multorū deorū afferendorū error intrauit. Sunt enī temporales: qui om̄is fallacia tēpore clauditur. Inter impioꝝ



impiorum peribit. Ut autem a cœnas portas eleuent ortante iustitia anno  
nentur. Quia ueritas in sempiterna saecula p̄seuerat. Unde ait in psal  
mo centesimo uicesimo tertio. Haec portae dñi. Iusti intrabunt per  
eā. Manifestum ē quia iusti p̄ fidem intrant in caelos in regnū di  
quod numquam corrūpi. Danihel p̄pheta testatur dicens. In cœca  
**Exsurget regnum aliud incorruptibile.** Impiū autē p̄ increduli  
tatem intrat in infernū tartareum. Hic ergo rex gloriae xp̄s. e.  
quidē uicta morte resurgens apparē dñs. eē. & rex gloriae.  
Uirtute enī potestatis suae quasubegit inferos manifestatur quia  
ipse ē filius dī qui unius dī regnum in caelis & in terris esse ad con  
demnationē tyrannidis diaboli p̄dicauit. **Secundū p̄positū**  
**saeculorum In xp̄o ih̄u dñō nr̄o In quo habem⁹ libertatē in confi**  
**dentia p̄ fidem ipsius.** Manifestū dīc xp̄m saeculo quo p̄posi  
it dī ostendere m̄steriū suū pro salute humana. ut cognitio m̄ste  
riū dī mortalib⁹ conferret salutem. Ut quasi dedicatio regni xp̄i  
hanc gratiam credentib⁹ p̄ ap̄phorū largiretur. Licet enim in  
fectum sit. nouitā uideat ignorantia creaturae. **Propter quod**  
**p̄ eo ne deficiatis in tribulationibus meis. quae sunt in gloria**  
**ur̄a.** Manifestata spe quae est in m̄sterio xp̄i. Commonē & nesca  
daliū patiuntur p̄pter tribulationes quae seīs ap̄fidis inrogantur.  
Ad gloriā enī p̄tinēt illoꝝ. si in tribulatione magistrī non fuerint scan  
dalizati discipuli. Haec spe firmati. quia fidelium pressuris futuris  
culi gloria erigentur. Haec enim fidelium p̄latio est. si fidelis  
spem aduertant. **Huius rei gratia flecto genua mea ad patre**  
**dñi nr̄i ih̄u xp̄i. ex quo omnis paternitas in caelis & in terra nomi**  
**natur.** Ut dē uobis sc̄m diuinitas maiestatis suae uirtutē con  
firmari in sp̄u suo. Hoc flexis genibus p̄ carisē dīc. ut quia dig  
natus ē aduocare gentes. ad cognoscendū m̄steriū uoluntatis eius  
hoc sc̄a donet quia diues est. ut nutu eius firmēt in sp̄u. Hoc est  
ut non illos p̄turbent carnalia exilia in terra ap̄fidis. sed sint sta



biles: expectantes in futuro huius rei mercedē. **In interiore homi-  
ne habitare xpm̄ p̄ fidem in cordib: ur̄is** ⁊ In eo petunt eos magis  
firmari: ut non ambigant: sed magis credant xpm̄ habitare in se  
quem n̄ uident his oculis: ut sp̄s datur hoc eis p̄ d̄i donū infundat  
ut certis sint de xpo q̄ d̄ uiuit et filius d̄i est. et habitat p̄ fidem in cor-  
dibus nr̄is: Ut cum fidem ei habemus in cordib: nr̄is ipsū habere  
uideamur. Quod eo p̄ficit: ut securusimus de auxiliis eius quia  
non deserit nos: sed semper adest p̄pter fidem suā quam uidet  
in nobis. Quippe cum ideo sp̄s eius qui et d̄i patris est deat in nobis.  
ut uice eius tutos prestet nos sicut ad sentiamus ut occulta reuelat.

**P**er quē utiq: ipsum in nobis habitare ambigere non debemus;  
**E**t enim hic alius paracl̄tus. Inter quos personarū distantia est. n̄  
naturae. quia et de eius accipit. ⁊ ad d̄o procedit. In quibus enim  
naturae unitas est. in uicem suis sunt. Unde d̄i d̄n̄s. Omnia pa-  
tris mea sunt. et mea omnia patris. **Ut in caritate radicati ⁊  
fundati: possitis comprehendere cum omnib: sc̄is quae sit la-  
tudo. ⁊ longitudo. ⁊ sublimitas. ⁊ profundum.**

**H**oc prestare d̄i habitantem sp̄m uel xpm̄ in nobis. ut fundati simus  
in caritate d̄i de uniti benefici eius. et possimus cū sc̄is qui sunt a  
postoli ⁊ prophetae: In mensum et in aestimabile cognoscere  
d̄m. omnia excedentem maiestate uirtutis suae. Cum enim  
d̄i: Latitudo: ⁊ longitudo. ⁊ altitudo. ⁊ profundum. Hoc  
utiq: significat. ut sicut in spera tanta longitudo est quanta lati-  
tudo. ⁊ tanta altitudo quantum ⁊ profundum. Ita ⁊ in d̄o om̄a  
aequalia sint in mensitate infinitatis. Spera enim de finito modo  
concluditur. D̄s autem n̄ solum om̄a impl̄: sed et excedit.  
**N**ec enim claudit. sed om̄a in se habet. ut solus ineffabilis et in-  
finitus habeatur. Et gratiae huic insufficienter aguntur. qui  
cū tantus sit. Dignatus est p̄ xpm̄ hominem uisitare peccatis  
⁊ mortis subiectum. **Cognoscere quoq: super eminentem scien-**



**nae caritatē xpi.** Post dī patris infinitam et incomprehensibilem cogniti-  
nem et inenarrabilem clemētiā . xpi quoq; agnoscere nos uult caritatē quā  
super eminentē est scientiā . Et subintellegitur humanāe . ut sup̄ scientiā  
hominū habeatur dilectio xpi . Quis enim potest colligere mysteriū huius  
caritatis rationem . ut & dī hominis causa homo nasceret̄ . Deinde more dī  
p̄ hominibus . pro seruis dñs . pro creatura creator . pro impiis pius . Prop̄  
quid ita dilexit nos . aut quod n̄m haberet . quin nullius indigeret̄ . Nam  
quid n̄ caritas haec sup̄ scientiam hominum est . Aut quis hominum hanc  
poterit caritatem alicui exhibere . quamquam in partē . ac hoc super  
net . humana cōmentā . Hoc ergo uult nos scire quia sensus n̄r adde  
qui n̄ potest . nec p̄spicere p̄funditatem . beneficiorū xpi erganos . ut  
p̄inde semper supplices et deuoti . Et quidebitis nulla ratione satisfacere  
possimus . uel infide eius usq; ad mortē p̄seueremus . Ille enim  
magnificentiā maiestatis suae . ea gessit p̄ nobis quae sibi dignasunt ut  
& nos in quantum ei possumus famulemur . **Ut impleamini in omni  
plenitudine dī.** Quia fides neq; in solo patre integra est . neq; in solo  
filio p̄fecta . Ideo adiecit . ut impleamini aut in omnem plenitudinem dī  
ut confessione et gratiarum actione sic patri . ita & filio honorificentia  
reseruetur . et om̄ia quae ad dō patre sunt p̄ filiū facta & restaurata cre  
dantur . Ut sit plena p̄fectio diuinitatis in p̄fessione credentium . nihil  
enim deerit xp̄iano quando dīm patrē p̄ omnia immensum eē . cognoscit  
caritatē quoq; xpi ineffabilem . & supra eminentē scientiā humanāe  
p̄fiteatur . **Cuius autē qui potest sup̄ omnia facere abundantius quā  
petimus aut intellegimus secundū uirtutē quae operatur in  
nobis . Ipsa gloria in xp̄o ih̄u et in ecclesia & in omnia saecula  
saeculorum amen.** Ad patris p̄sonam haec refert . ut quia meli  
us scit quae utilia et quae non petenda sunt . & quando danda & qua  
lia & quanta opus sint . ipse gubernat p̄ uidentia & uirtute sua sibi  
credentes . Cui ideo gloria in xp̄o ih̄u quia p̄ ipsum om̄ia prestat no  
bis . & quia honor patris in filio eē . & in ecclesia . Id est in populo quē



sibi adoptare dignatus est. In claritate enim filiorum: gloria patris est. dicente  
 domino. Si luceat lumen vestrum coram hominibus: ut videant opera vestra bona.  
 et magnificent patrem vestrum qui in caelis est. In sceta setorum unen. Id est:  
 In aeternum ueritas. **Obsecro itaque uos ego uincens in domino. ut digne  
 ambuletis uocationi qua uocati estis.** Hortatur eos. ut recte inceden  
 tes in praeeceptis domini: ad promissam gloriam possint uenire. Sic enim peri  
 tus medicus obsecrat infirmos. ut bene se agentes. possint salutarem  
 recipere ualitudinem: Ita et magister gentium hortatur ut fidei sue  
 digna opera facientes. possint percipere quaepromissa sunt sanctis. sciens gloriam  
 suae esse huius rei perfectum. **Cum omni humilitate animi et modestia  
 cum magnanimitate sufferentes huic in caritate. solliciti  
 seruantes unitatem spiritus in uinculo pacis.** Nunc dissensionem prohibet.  
 caritati autem studendum monet. ne spiritum unitatis et pacis amittant.  
 ephoc. ut in uice se sufferant cum patientia. Modestia enim perfectum  
 parit. quia cum se in uicem tolerant cum lenitate animi monentes cor  
 riguntur ad effectum. & pax in eis manebit per quam filii dei merito  
 uocabuntur. qui ad id dominus. Beati pacifici. quos filii dei uocabuntur.  
 et turbatio enim et inquietudo contentione facit. quae solet etiam  
 ea quae mala nouit uelle defendere ne cedere uideatur. Hinc  
 oritur discordia. quae cor rumpit pacis foedera. **Unum corpus  
 et unus spiritus. Ita ut uocati estis in una spe uocationis uestrae.** Propter  
 pacem & concordiam haec subiicit. ut quia unum corpus est ecclesiae unum  
 sapiat populus quia unum est quod creditur. **Unus dominus. una fides  
 unum baptisma. Unus deus et pater omnium qui super omnes est et pater  
 & in omnibus nobis.** Adhuc unitatem commendat. ut quia unitas est  
 ad quam uocamur. In nullo dissentiamus. si enim unus est dominus. Id est christus.  
 sicut et ipse ait in euangelio. Quia magister uerum unus est christus. Una fi  
 des. unum baptisma. Unus deus et pater omnium qui super omnia est. & pater  
 et in omnibus. credentibus. unus debet esse. & animi populi. Quia haec  
 quae numerat unitatis sunt. Concordant enim in omnibus. patrem tam dominum:



Quia nulli debet quod est. super omnia esse dixit. et propter omnes. Ideo propter omnes. quia  
ex eo omnes. Et necesse est super haec omnia sit quae ex eo sunt et in omnibus.  
nobis. Id est fidelibus. In nobis est enim per confessionem quia cum fatemur.  
et quia spiritum suum dedit nobis pro quem sine dubio in nobis est. in pagano  
non est. quia pater christi esse. negatur ab illis. **Unicuique autem in  
mensurae gratia secundum mensuram donationis christi dicitur.** Nunc ne  
qui aduersa in hominibus donasunt putarentur officere unitati. hoc  
purgat non esse contrarium quia in donis officiorum diuersitas est non  
naturae. Unicuique autem tantum dandi gratiae. quantum donare dig  
natus fuerit dominus. Non tamen sine aequalitatis mensura. quia unicuique  
protribus tribuere ut tantum hauriat quantum sinit. Propter quod dicitur.  
Ascendit in altum captiuam duxit captiuitatem. Dedit dona hominibus.  
Hoc scriptum est in psalmo lxviii. Donata tamen haec post triumphos  
cepit largiri. uincens enim mortem exaltatus in cruce sicut ipse dixe  
rat. At enim. Cum exaltatus fuero a terra. omnia traham ad me.  
expoliauit inferos cum captiuos quos ex per uaticatione adae. aut pro  
is captos peccatis in conditione tenebat. Abstulit consentes sibi de  
resurrectione mortuorum. quos in domini passione euangelista refert  
surrexisse. Et ascendens inde caelis induxit aliquantulum resurgentes  
in corporibus multis apparuerunt ad testimonium euictae mortis.  
ut qui forte christi resurrectione credituri non essent. Ex horum resur  
rectione quos mortuos scirent rei fierent. hos enim uiderunt quos  
agnoscerent dudum uixisse quamuis captiui multi & alieni ducan  
tur. saluator tamen & suos duxit & uoluntarios apparentia enim sua  
dum lacessit desiderantes liberari cepisse illos dicitur. Quod autem  
descendit. quid est. nisi & iam descendit in inferiora terrae.  
Uerum est. quia Ideo descendit ut ascenderet. non sicut homines  
qui ad hoc descenderunt ut illic remanerent. ex sententia enim  
tenebantur apud inferos quae sententia saluatoris tenere non po  
terat. quia uicit peccatum. Triumphato ergo diabolo. descendit



incor terrae ut ostensio eius p̄dicatio eō mortuorum . ut quot quot cupiditē  
essent liberarentur . Nec poterant non ascendere quia ad hoc descende  
rat ut uim potestatis suae calcata morte cū captiuis quorū causa patise p̄  
misit resurgere . **Quid descendit . ipse est . qui ascendit super omnes cae**  
**los ut implet omnia . Hoc est quod dicit dñs . Nemo ascendit in cae**  
**lum nisi qui descendit de caelo filium hominis . qui et est in caelo .**

Quod quidem et in psalmo continetur . **Aur enim . Assum**  
**mo caelo egressio eius . & regressus eiusq̄ assummum eius .**

Hic ergo descendens et caelis in terra . homo natus ē . post  
mortuos descendit ad inferos ex quibus tertio die resur  
gens ante omnes mortales . Ascendit sup̄ cunctos caelos . ut lu  
sā mortē . ostenderet creature . **Et ipse dedit quosdam quidē**  
**apostolos . quosdam autem p̄phetas . alios uero euangelistas .**  
**quosdam uero pastores ut magistros ad consummationē scōq̄**  
**in opus ministrum .** Apostoli ep̄i sunt . p̄phetas uero expla  
natores sunt scripturarum . Quamuis inter ipsa primordia fu  
erint p̄phetas sicut agabus . et quattuor uirgines p̄phetantes .  
sicut continet̄ in actis apostolorum . Sed p̄t rudimenta fidei  
cōmendanda . nunc autē interpretēs p̄phetas dicuntur .  
**E**uangelistas diaconi sunt sicut fuit philippus quamquā n̄ sint  
sacerdotes . euangelizare tam̄ possunt sine cathedra quemadmo  
dum et stephanus et philippus memoratus . pastores possunt . eē  
lectores qui lectionib; saginent populum audientē . qui non  
in pane tantum uiuit homo . sed in omni uerbo . Magistri ue  
ro exorcistae sunt quia in ecclesia ipsi compescunt & uerberant  
inquietos . siue hi qui lectionibus in buendi . Infantes solebant im  
buere sic mos iudaeorum est . quorū traditio ad nos transitum  
fecit . quae p̄neglegentiā obsolebit . Inter istos potest ep̄m plus  
esse intellegitur . Quia p̄pter reseratum occultum scripturarum  
sensum . p̄pheta redicitur . praesertim quia future spe uerba



uerba de promit . qui ordonunc potest . eē . presbiterū . Nam nepō om̄s or-  
dines sunt . qui primus sacerdos est . hoc est . princeps sacerdotum  
& ppheta . & euangelista & cetera ad implenda officia ecclesiae in mi-  
nisterio fidelium . tamen postquā omnibus locis ecclesiae sint con-  
stitutae & officia ordinata . aliter composita res est quam coepe-  
rat . Primū enim om̄s docebant & om̄s baptizant quibuscumq;  
dieb; uel temporibus fuisset occasio . Nec enim philippus  
tempus quaesiuit . Aut diem quo eunuchum baptizaret  
neq; ieiunium interposuit . neq; paulus & silas tempus  
distulerunt quo optionē carceris baptizarent cum om-  
nibus eius . neq; petrus clericos habuit aut diem quaesiuit quan-  
do cornelium cū omnidomoeius baptizauit . nec ipse seclius sit  
fr̄ibus . qui cū illo ierant ad cornelium ab ioppe . Adhuc enim  
p̄ter septem diaconos nullus fuerat ordinatus . ut ego cresceret  
plebs et multiplicarentur . omnib; inter initia concessum est .  
et euangelizare et baptizare et scripturas in ecclesia explanare .  
At ubi autem om̄a loca circumplexa est ecclesia conuenticula cō-  
stitutae s̄t et rectores . et cetera officia ecclesiae sunt ordinata . ut  
nullus de clero uideret & qui ordinatus n̄ esset & ep̄sumere officium  
quod sciret non sibi creditū uel concessum . & coepit alio ordine  
& prudentia gubernari ecclesia . quia si omnes eadem possent  
in rationabile eē . & uulgaris res et uilissima uideretur .  
Hinc ergo ē undē nunc neq; diaconi in populo p̄dicant . neq; ceteri  
uellaici baptizant . neq; quocumq; die credentes tinguntur in  
sua aegri . Ideo non p̄ omnia conueniunt scripta apostoli ordina-  
tioni quaenunc in ecclesia est . quia haec inter ipsa primordia s̄t  
scripta . Nam & timotheum p̄b̄m . a se creatum ep̄m uocat . quia  
primi p̄b̄i ep̄i appellabantur . ut cedente eo sequens ei succe-  
deret . Deniq; apud aegyptū p̄b̄i con signant si praesens non  
sit ep̄s . Sed quia coeperunt sequentes p̄b̄i indigni inueniri



ad primarios tenendos. inmutata est ratio spicientes consilio. ut non ordo  
 sed meritum crearetur & ep̄m. Multorum sacerdotū iudicio constitutum.  
 ne indignus temere usurparet & esset multis scandalū. In lege nasce-  
 bant sacerdotes ex genere aaron leuitae. Nunc enim om̄s ex genere  
 sacerdotalis sunt. Dicente per̄ro apostolo. Quia estis inquit gen̄ electū  
 regale et sacerdotalis. Ideoq. ex populo potest fieri sacerdos.  
**naedificatione corporis xp̄i.** Ecclesiae ordinationem ad compagi-  
 nationē humani generis in p̄fessionis unitate diē compositā ut diuer-  
 si dignitate in xp̄o om̄s sint unum caput habentes xp̄m. hoc est aue-  
 tore unitate. **Donec occurramus om̄s in unitate fidei & agnitione  
 filii di.** Tam diu diē manere ordinationē. quam diu cuncti destinati  
 ad unitatē unius sint fidei in cognitionem xp̄i. **In uirum p̄fectum / im̄  
 suram aetatis plenitudinis xp̄i.** Ita laborandum hortatur ut p̄fectio  
 fidei ad p̄hendatur. Cuius haec ratio ē. ut xp̄m p̄fectum et plenitudinē  
 fides teneat. ne mensura humana meatur. sed in plenitudine diui-  
 nitatis quasi p̄fectus d̄s habeatur. Nec enim p̄fectum dicens uirum  
 temporali. aetate & mensura significat. Sed per hoc dictū perfectos  
 nos uult fieri in plenitudine intellectus diuinitatis filii di.

**Ut ultra non simus paruuli. neq. fluctuantes & circumferamur  
 omni uento doctrinae. in nequitia hominū. in astutia ad reme-  
 dium erroris.** Fundatos & stabiles esse nos uult in disciplina  
 fidei catholicae. quā petrus apostolus reuelans d̄o p̄fessus est.  
 nec uentilarios oberrantes p̄ diuersarū heresim p̄stulentiosas  
 ad seducationes nequitia humana inuentas ut phas fallentis immici  
 subuerti nomine error possit adferri. hoc enim remedium est falsi-  
 tatis ut sub pretextu ueritatis inducat errorē. & non solum subue-  
 ri nomine. sed & ne sicut ante acceptam fidem sensu humiles uaga-  
 bamur p̄ diuersos errores fideles facti discurreremus. **Fragiles  
 & dubi.** de spe p̄missa commonet. quia iam xp̄iam facti funda-  
 ti esse debent. quā ambiguitas in fide uera non est. cōmendatus enim



uirtute pdigiorum. Ueritatem autē facientes in caritate augeant  
in ipsum omnia quae sunt caput xpi. Hanc dicit eē ueritatē. ut ad  
amorem xpi respicientes quod dilexit nos. Et tradidit se pro nobis.  
omnia subiciamus ei: scientes quia omnium auctorem uitae ut qua  
sic capiti membra subdantur. Et si alio errore uel malivolentia  
non fatentur omnia caput habere xpm. Quia ab ipso facta sunt  
uoluntate patris. Nos tamē qui catholicae fidei adheremus:  
hoc omni deuotione & cura agere debemus. ut huius fidei non  
damnum sed lucrum adferamus persistentes in hac adseueratio  
ne. ut cōprimam̄ prauementis conloquia aduersus ueritatē  
armata. Ex quo totum corpus compactum et conexum pōmē  
uincturā subministrationis in mensurā unius cuiusq; partis  
incrementum corporis facit ad aedificationē sui in caritate.  
Qua ratione xpm caput eē omnium dixerit. docet. Ipse enim inquit  
omne corpus: id est omnis chorus archangelorum. et potentia  
rum principū & potestatum subsistit. Quamuis enim singula  
haec numeros proprios habeant. et sint legiones. ut ipse dñs  
dixit. Quia ab uno tamē pūnum simul omnia unū corpus appel  
lat. Sicut enim membra cū sint unius corporis. diuersa tamē  
sūt actu et dignitate. Ita et creatura conditae. ad op̄ xpm.  
ut cherubim et seraphim potentes quae sub se di sunt. Et  
angelis quos ipse dñs scōs appellat. quasi quaedam conca  
tenatio sit usq; ad firmamentum ordinata descendens. ut to  
tū & uinctum sit. Et merito tamē discernatur. Meritis di  
co non solum officiorū sed & naturarum. Nec enim quia tunc  
ta dicit omnia unius erunt naturae. Sed quod in corpore  
membra faciunt discretō officis. non naturae. Ita et in his om  
nibus non membra sed naturae ipse faciunt distinctiones. Hoc  
ergo qd laborat. ut in unū sensū redigatur creatura. & in sensū  
sit corpus. Dū omnium una p̄fessio est. ut concordē & in caritate



creatoris ad suum perfectum. Re edificat enim se in templum  
 dñi: destructa enim fuerat clementia & furore diaboli.  
 Hoc ergo dico & testor in dño: ut non ambuletis sicut & gentes  
 ambulant in uanitate mentis suae. Obscurati intellectu  
 alienati a fide clī per ignorantiam quae est in ipsis. Manifestato  
 creatore & ratione ostensa quam sequi debeat creatura  
 in fide clī sui. Dumtaxat contestatur illos in dñm: ut non  
 aliter incedant uel sentiant quā docent. Nesimiles gentili  
 b: inueniantur: quinec fidem recipiunt nec conuersationē  
 quā mandat lex. Obscurum habentes sensum ne contemplan-  
 tur diuini nominis ueritatem. Uana enim sectantes quae  
 est idolatria. In frenanter a diabolo. Ne uis dī iter ince-  
 dant: ut sortis illos suae perditionis efficiat. Propter igno-  
 rantiam quae est in illis: & duriciā cordis illorū: quid desperan-  
 tes semetipsos: tradiderunt in pudicitis: in operationē in-  
 munditiae omnis & auaritiaē. Gentiles futurae resurrectionis  
 desperatione cecitate cordis habere significat. Quasi enim  
 ultra non futuri uitam suam contaminant turpissima opera-  
 tione nolentes se subicere legi fidei quia prohibet uoluptatē  
 propter spem uitae future. Quam hi idcirco ridendam cen-  
 sent: ut iure de honestate se & aliena adpetere auidacu-  
 piditate uideantur. Quasi per hanc transpunctionē nul-  
 lasit uita. Uos autē non ita didicistis xp̄m: sitam illum au-  
 distis: et in illo edocti estis: sicut est ueritas in ihm. Manifes-  
 tum est xp̄ianos in desperationē post mortem hanc didicisse: sed  
 spem ad utrumq; fidelib: enim uita: perfidis uero pmittitur mors  
 quae ē: paena eterna: ut si uemors siue uita in xp̄o discatur:  
 quia qui eū sequitur per eum resurgat ad uitam. Qui uero discer-  
 nit se ab eo per eum mancipabitur gehennae: ipso enim iudicante  
 damnabitur. Et quos sunt quidam in ecclesia qui sub nomine



xpi consecuntur xpi ueritatem. Ideoq; sicut & est inquit ueritas  
in ihu. Ut sit adocasiunt ut est ueritas in ihu. Tunc xpm didicit  
se & illum audisse. & in illo docti. ee. uideant. Xpi enim dese  
docet quid sit & quantus credendus sit. & quae spes in eo sit. et  
quales debeant. ee. credentes. Qui enim didicit xpm. scit illum  
a mortuis resurrexisse. Ut forma. ee. fidelib; Ideo magna sps;  
pre ista morte amantib; dm. **Ut exponatis scdm priorē con-**  
**uersationē ueterē hominē qui corrumpitur scdm desideria**  
**erroris.** Qui xpm audiuit hoc didicit <sup>ut</sup> & recedere & conuersa  
tione pristina. quā ueterē hominē nuncupat ppter präteritum  
ignorantiae tempus. homo itaq; unus atq; idem est. Qui si pris  
tina uitā sequitur. uetus dicitur. Si autē in nouitate ambu  
lat uitae alienus a saeculari errore. Qui est sine in actu. si uem  
sensu. rudi dicitur. Non utiq; substantia carnis aut animae.  
sed intellectu & conuersatione uitae. Corruptus tam uetus  
homo dicitur. ppter adulterum sensū et turpem uitam.  
**Renouamini autē sensu mentis uestrae. ut induamini nouū hominē.**  
**qui scdm dm creatus: In ueritate. & iustitia. Iustū & uerū:**  
**rectā uiam sequi.** Hic autē rectā uiam sequitur. qui deuotus  
